

## Annotationes in Euangelium

aliquando natura filij ira, sicut & ceteri. sic enim loquitur Paulus ad Ephes. 2. Deus autem, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatē suam, qua dilexit nos, cum adhuc inimici, & peccatores essem⁹ p nobis mortuus est. Certe maius quid esse cernitis sanguinem nobis, quā aquam Iudea pedibus ministrasse; nobis, in quam, etiam peccatoribus, & inimicis, sicut & ipse Iudas, quem Dominus primum lauit; hoc autem non alia ratione factum fuisse credimus, quā quia Iesus cum dilexisset suos, in finem usque dilexit. Videte quid ipse met̄ Ioannes dixerit super

Apo. 1. hic re in libro Apocalypsis capite 1. Dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo.

Vbi Richardus de Sancto Victore in hunc modum argumentatur, non lauisset, nisi dilexisset, &c. Quare non prius lauit, & postea dilexit; sed prius dilexit, & postea lauit: atq; adeò nos adhuc fædos dilexit, quod significauit Paulus verbis citatis, cū peccatores essemus, &c. Quo sensu etiā explicanda sunt illa sponsæ verba Cantorum cap. 1. Nigra sum sed formosa filia Hierusalem, sicut tabernacula cedar, sicut pelle Solomonis. hoc est,

nigra sum ex me sicut tabernacula cedar; sed tamē sic dilecta, reddit a sum formosa sicut pelle Solomonis. Quæ expositio est D Bernardi serm. 25. in Cāt.

Notandum est autem verbū, lauit, in predictis verbis Ioānis: dicit enim magnam sanguinis vim, quæ non solū ad aspergendos, sed etiam ad lauandos omnes homines sufficeret: vbi etiam maximè splendet diuinæ bonitatis, & amoris largitas: cū enim vel una sanguinis Christi gutta, ad redimendos omnes homines sufficeret, totum nihilominus sanguinem voluit effundere: quam ob causam hominū redemptio appellatur copiosa.

Psal. 129. Quis apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Quem locum expéndens D. Bernardus serm. 22. in Cant. Bene, inquit, copiosa, siquidem non gutta, sed unda sanguinis quinque per partes corporis emanauit. Quia eadem ratione Christi passio excessus appellatur à Luca cap. 9. Erant, inquit, Moyses, & Elias visi in maiestate, & dicebant excessum, quem completurnus erat in Hierusalem. Idcirco dici posset, Christi passionem per mare rubrum suisse signifi-

Rich.

Cant.  
c. 1.

catam: vere enim vis illa sanguinis, mare fuit sanguineū, in quo omnes reuersi, & abluti sumus. Nemo igitur iā miretur, quod lauatus Iesus discipulorū pedes, incipere vellet à Iuda inimico, & proditore: cum enim ipse in finem diligeret, conse-  
13. quens erat ut omnia amoris si-  
gna eisdem exhiberet, & maxi-  
mè Iudæ, ut eum amore vince-  
ret, ac moliret. Hinc etiā, & Pe-  
trus acquiescere deberet Christo  
pedes ipsius lauare volenti.  
Cum enim Ioannes præmisisset  
de Christo, quōd dilexisset suos,  
qui erāt in mundo usque in finē,  
oporteret eū non recusare, nec  
mirari quod tanta maiestas ad  
pedes se prouolueret peccato-  
rum: est enim amor, ut ait Ber-  
nardus, *Dignitatis nesciens, effe-  
ctu potens, suas usque efficax.* Et  
hoc fortè sensu explicari potest,  
id, quod Iesus ait Petro. *Quod  
ego facio, tu nescis modo; scies au-  
tem postea.* Quasi diceret. Non  
dum satis ostendi vobis quanta  
hoc dilectione, & charitate fa-  
ciam: *Scies autem postea,* hoc est,  
cum in cruce pendēs etiam pro  
inimicis, lauauerō eos in sanguine  
meo, tunc apparebit quod  
usque in finem diligam, Deni-

que tunc scies, quod hoc opus  
non ex necessitate fecerim, sed  
ex sola charitate, ut & vos etiā  
iuxta hoc exemplum, alter, alte-  
rius pedes noscatis lauare.

Sæpe Deus multa facit, quæ  
hominum iudicio videtur, quia  
incomprehēsibilia sunt iudicia  
eius, & inuestigabiles viæ eius.  
Scimus Iudam Apostolum suis  
se, ac Magistrum suum Iesum  
Christum vendidisse, & postea  
laqueo suspeditum, diem suum  
obijisse; & tamen cum hæc om-  
nia Deus prævidisset, elegit eū  
in Apostolum. Si factum iudica-  
re velis, certissimè corrues: hu-  
ius enim rationem, *tu nescis mo-  
do, scies autem postea.* Ideo Apo-  
stolus prima ad Cor. 4. nolite, in  
quit, *Ante tempus iudicare, quo  
ad usque deniat Dominus, qui  
illuminabit abscondita tenebrarū.*  
Ecce crastina die videbis rem  
mirabile, quam noli iudicare,  
si non vis errare. Videbis latro-  
nem, qui nihil aliud fecit tota  
vitæ suæ periodo, quam latroci-  
nia, & homicidia exercere, de  
Cruce tamen ad Cœlū euolus-  
se. Iudam verò, qui dulces cum  
Christo capiebat cibos, cœle-  
stisque eius doctrina cum alijs  
Apostolis erat instructus, de  
14.

## Annotationes in Euangelium

mēsa tamen Domini videbis  
in punto ad infernum descen-  
dētem. Quid hoc est Domine  
Iesu? Si sic futurum præuideras  
quare Iudā ad Apostolatus ho-  
norem vocasti latronem tot la-  
trocinia totq; homicidia perpe-  
trare permisisti? quod ego facio,  
inquit Dominus, tu nescis modō,  
scies autem posteā. Adhuc mira-  
bilius quid accipite. per diem fe-  
stum confuerat præses populo di-  
mittere unum vincētum, quem do-  
lūssent: habebat autē tunc vincētū

Matt. insignem, qui dicebatur Barabbas.

¶ Congregatis ergo illis ait Pilatus.

I5. Quem vultis dimittam vobis, Ba-  
rabbam, an Iesum, qui dicitur Chri-  
stus? sciebat enim quod per inuidiā  
tradidissent eum; & ecce, postulā-  
tibus Iudeis, Barabbas insignis  
homicida dimittitur à Pilato, Ie-  
sus verō innocēs flagellatus Iu-  
dæis crucifigendus traditur. Si  
huius rei à Deo rationem quæ-  
ras, respondebit. Quod si hoc  
nescis modō, scies quidem po-  
steā ideo namq; vniuersalis ve-  
niet iudicij dies, ut nihil sit tam  
occultū, quod illic non sciatur;  
& tūc Deus iustificabitur in ser-  
monibus suis, & vincet in ijs, in  
quibus modō ab impijs iudica-  
tur. Iudicatur autem Iesus nunc

in sua humilatione à quibusdā,  
qui vidētes quod factus homo  
ex inaniuit se met ipsum factus obe-  
diens usque ad mortem crucis, di-  
xerunt, non est ipse. Hieremiz.  
9. Negauerunt Dominum, & dixe-  
runt non est ipse. de quibus Chry-  
sostomus, adeò, inquit, humili-  
tus est propter nos, ut erubescant  
homines talem, tantamque humili-  
lationem Deo applicare, negentq;  
ipsum ad infima nostra descendisse.  
Vnde & ipse Dominus noster  
Matth. 11. ait, Beatus, qui nos  
fuerit scandalizatus in me. In quē  
locum Gregorius, Infidelium,  
inquit, mens graue in illo scanda-  
lum pertulit, cum cum post tot mi-  
racula morientem vidi; indeque  
contra Deum homoscandalū sum-  
psit, vnde ei amplius debitor fieri  
debuit, ut honoretur: tanto enim  
Deus ab hominibus honorādus est,  
quanti pro hominibus indigna sus-  
cepit.

Indigna quidem diuinæ al-  
titudinis, ac maiestatis, tanta hu-  
miliatio; verum quia de ore ip-  
sius veritatis audiimus talia o-  
portuisse Christum pati, ut in  
regno ipius hæreditatem ha-  
beremus, id quod etiam Petro  
hodie dixit illis verbis, Si non  
lauero te, non habebis partem me-  
cum

<sup>M. 50</sup> *cum, hoc est, non cohæreditatis mecum Dei Patris regnum, dicamus cum Propheta, amplius laua me Domine ab iniuncta mea, & à peccato meo munda me; vel cum Petro cui cum Dominus dixisset, si non lauero te, non habebis partem mecum, ipse respondit, Domine non tanum pedes, sed & manus, & caput, & totum corpus: quod enim nescio modo, certo scio, quod te docente, sciam posteā.*

<sup>16.</sup> *Cum hæc ablutio pedum facta sit à Christo Domino ad significādam animi præparationē & cordis munditiam in ordine ad sacram corporis, & sanguinis eius cōmunionem, videndum nobis est, quid ipse significare voluerit cum dixit Petro, qui locutus est non indiget nisi ut pedes lauet: Beatus Augustinus hic, Rupertus, & Bernardus sermone de Cœna Domini, verba illa, qui locutus est, de peccatis mortalibus intellexerunt; cum vero ait, non indiget nisi ut pedes lauet, de venialibus intelligendum esse voluerūt; quasi vellet Christus eū, qui ad Sacrosanctum Eucharistiae Sacramentum accedere voluerit, debere quantum in se est non solum à mortalibus delic-*

*tis conscientiam per pænitentia Sacramentum mundare (dicitur enim à sanctis pænitentia lauacrum, seu laboriosum Baptismū) sed à venialibus etiam ablūendū, quæ per pedes solent significari. Hæc autem cordis munditia à mortalibus quidem necessaria est iuxta illud Pauli 1. ad Cor. 11. Quicunque manducaverit panem, & biberit Calicem Domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis Domini. &c. à venialibus autem non ad necessitatē spectat, sed ad consilium. Illud ab amicis requiritur, hoc à charissimis, iuxta illud Canticorum cap. 5. Comedite, amici, & inebriate nichi charissimi. Quæ verba putat Greg. Nicænus, & Theodosius, retus esse prophetiam de Sacramento Eucharistiae, quod sub iisdem ferè verbis institutū est in die Cœnæ. Amicis igitur, hoc est ijs, qui in gratia Dei sunt, & charitate, libera comedendi conceditur facultas: charissimis vero, hoc est, ijs, qui non solum à gravibus criminibus cavet, sed à leuissimis etiam offendis se custodire student, ne leui saltē maculare vitam famine possint, conceditur ut ab ubertate mēs Dei inebrientur.*

## Annotationes in Euangelium

Obseruandum est autem hu-  
iusmodi mentis præparationē  
17. in sacerdotibus maximē requi-  
ri, idq; Christum in lotione pe-  
dum voluisse significare: non e-  
nīm alijs quam discipulis, quos  
sacerdotes instituebat, pedes la-  
uisse legitur significans eosdem  
ita mundos esse oportere, vt ne  
in ipsorum quidem pedibus for-  
des esse patiātur, hoc est, vt ne  
leuibus quidē criminalibus, pe-  
dis puluere significatis, sacerdo-  
tes seipso inquinari patientur;  
id quod Saluator noster etiā sig-  
nificauit cum Petro totum cor-  
pus iam lauari permittenti, res-  
pondi, *Qui lotus est, non indiget  
nisi ut pedes lauet.* Volens itaque  
Dominus Iesus Discipulos suos  
participes facere magnæ illius  
dulcedinis, quam Deus abscon-  
dere solet timentibus se, voluit  
prius eos mundare omnibus in-  
quinamētis, ne quid, impedimē-  
ti in eisdem inueniretur: solet  
enīm diuina illa dulcedo tanti  
Sacramenti quibuscunq; sordi-  
bus, etiā pedis puluere, hoc est  
minimis, & venialibus delictis  
impediri: quis enim rosaceam  
aquam in vasis cænōsis, & im-  
mūdis vñquam reponet? quid  
est digna conuersatio nisi pre-

tiosissimū odoramentū, quod,  
qui vel sumis labijs degustauit,  
statim dicit, *Animā meā liquefa-*  
*Etā est, ut dilectus meus locutus*  
*est mihi.* *Pretiosa est,* inquit Ber-  
nardus, *consolatio diuina, & non*  
*datur admittētibus alienam.* &c.  
Qui igitur illam desiderat, etiā  
si locutus sit, totusq; mundus à  
grauibus peccatis, curet etiam  
pedes lauare, hoc est, seipsum à  
venialibus mundare, sicut ait  
Christus, *qui lotus est non indiget  
nisi ut pedes lauet:* Sic enim po-  
terit, & vt amicus comedere,  
& vt charilsimus præclaro Dei  
calice spiritualiter ineibriari.

Postquā Dñs noster laoit pe-  
des Discipulorū, cum iterum cū  
eisdem ad mensam sedisset, seu  
de more recubuisse, rationē-  
que illis de pedum lotione red-  
didisset, *turbatus est spiritus,* vt  
ibi notauit Ioannes Euangelis-  
ta; nos autem adnotandum du-  
ximus maximam ibitanc tem-  
poris factam fuisse contentio-  
nem inter Christum, mortem,  
& amorem; ex tribus verò so-  
lus amor triumphauit: Chris-  
tus enim, etiā verus Deus  
quia tamen verus etiam homo,  
morti debitum soluit, verum-  
tamen quia Deus est, mortem  
ip-

ipsum moriendo superauit: sic enim mortem cōminatus fuerat Osææ. 13. *Ego ero mors tua ò mors;* quam propheticam cominationē vt adimpleret, mortem nostram moriendo destruxit, sicut etiam & vitam resurgendo reparauit. Adeò autem verum est Iesum nostrum mortitum, habuisse mortis imperium, vt cum in croce penderet iam iam extremum spiritū in manus Patris traditurus, nō fuerit ausa accedere mors ipsa, nisi vocata; id, quod ex sententia beati Athanasij, factum est, quando ipsem et Iesus *inclinato capite tradidit spiritum:* tūc enim, & non prius, mors quasi signo capitī, Christoque annuente accessit; neque enim aliter, nisi coiubente accessisset. Accedēs ergo aculeum infixit, sed in ipsa punctione vitam amisit velut apis; hoc ipsum Regius vates de Iudeis Christum circunuenientibus in die passionis Domini, eumque vt crucifigeretur clamantibus, in Psal. 117. prædixerat illis verbis, *circundederunt me sicut apes;* quo loco tacitè ostendit eos dū Christo corporalem vitam eripere voluerunt, se ipsos iam spirituali vita

priuasse, sicut apes, quæ aculeū infigentes, se ipsas oportet cuicerare, & occidere.

Miserat ministros suos mors in hortum vt comprehenderet Iesum, manum scilicet armatā, exercitum dico missum à principibus sacerdotum, qui omnes vnica tantum voce Iesu dicentis, *Ego sum,* ceciderunt retrorsum, nec potuerunt manus iniucere in illum, nisi facta eis ab ipso potestate; hoc autem ideò factum est, vt ostenderet Dominus noster posse se & illos cuierere, & manus eius, mortemque ipsam euadere si vellet. Notauit hoc Cyrilus Alex. libro 11. in Ioā- Clem nem. *Vbi,* inquit, *nunc militum Alex. cohors, & ministri principum, ac pharisæorum?* *Vbi terror, ac munimen armorum?* *Nempe una vox dicentis, ego sum, tantam turbā odijs ferocem, armisque terribilem, sine telo ullo percussit, repulit, atque stravit.*

19.

Hanc Christi potentiam eripiendi se de manibus inimicorum, de mortisque imperio se liberandi si vellet, David Prophetæ prædixit Psalm. 87. cum in persona Christi sic ait. *Aestimatus sum cum descentibus in lacum, factus sum sicut homo sine*

## Annotationes in Euangeliū

adiutorio inter mortuos liber; quā si diceret. Existimarunt multi me similem esse reliquis ad inferos descendantibus, qui non possem me neque à morte, neque ab inferis liberare; cum tamen usque adeò superior, & potentior morte essem, ut etiam mortuos, atque inter mortuos constitutus liber essem, in meaque esset potestate mori, aut non mori; ad inferos descendere, vel non descendere; ex quibus iam vides Christū cum morte duello conflexisse mirando, in quo de morte ipsa victoriam, moriendo tamen, reportauit. Restat modo videndū quod amorem de morte, tum de Deo ipso triumphauit.

Voluit mors hodie separare Christum ab Ecclesia charissima sponsa; separavit animam ipsius à corpore, possum est corpus eius in sepulchro; unde & iam videbatur ipse metus Christus à suis corporaliter separandos. Venit unus amor de morte triumphatus, non erit, inquit, ut vis; quos Deus coniunxit, tu non poteris separare. Recedet quidem ab illis corporaliter, ita tamen ut etiam ma-

gebiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem saeculi. Sicut audiuimus, fratres, ita & vidi mus, in ciuitate Dei nostri, hoc est in Ecclesia, in qua ipse Dominus noster nobiscum est, eritque sicut ipse promiserat, usque ad consummationem huius saeculi; id, quod hodierna die factum est, amore imperante, ac de Deo ipso triumphante in Christo Iesu Domino nostro, qui praemaximo in Ecclesiam amore, ne unquam ab illa posset separatus inueniri, cænantibus discipulis dedit corpus suum in cibum, sanguinemque in potum; & ut iugiter in Ecclesia permaneret, ait. *Hec quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.*

Verè fortis est ut mors dilectio. Quid si dixerim morte ipsa fortiorē? expende modò fortitudinem amoris. Deus sub speciebus huius sacramenti conclusit: quanvis enim ibi solum sit ex vi verborum Christicorum, & sanguis, ipsa tamen diuinitas per concomitantiam, ibidem est: id enim ex hypostatica unione divini Verbi ad naturam humanam, oportet considerari. Si igitur mors fortis est, quia nemo nisi unquam restitit, amor

amor non erit fortior, qui Deū à quo ipsa ligata est, tam facili potuit negotio alligare? Audi Aug. Augustinum in Psalm. 121. explicat enim ibi verba illa Cant. 8. fortis est ut mors dilectio. Magnificentius, inquit, exprimi non potuit fortitudo dilectionis: quis enim resistit mortis? resistitur ignibus, ferro, potestatibus, & regibus; venit una mors, quid ei resistit? &c. Concinit illud Platonis lib. 2. de amore. Quoad fortitudinem, inquit, nec Mars quidem amori resistit; quin etiam pro alio mori amantes soli eligunt, &c. Denique in Canticis Canticorum scribitur. Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum; quibus verbis ipse diuinus sponsus semel, atque iterum se vulneratum, ac quodammodo victimum ab amore fatetur sponsæ Ecclesiæ, quam Deus sic dilexit ut filium suum vnigenitum daret hodie in cibum, crastina verò die flagellandum, spineis coronandum, ac denique inter duos latrones crucifigendum pro amore sponsæ suæ Ecclesiæ, & redemptione. Quid violentius, inquit Bernardus? trium-

Plato.

Canticis.

4.

Bernardus.

phat de Deo amor. Quid tamen tam non violentum?

Vidisti violentiam diuini amoris? audi etiam ex diuinis literis quam non fuerit violentus; & Is. 53. primum ex Isaiae. c. 53. Oblatus est, inquit, quia ipse voluit. Deinde Psalm. 53. Voluntariè sacrificabo tibi. Vbi sic habet Ambro- Ps. 53 Ambr sius. Ad sacrificium passionis voluntarius accessit, meritoque predixit, voluntarie sacrificabo tibi. Idem habes ex Psalmo 39. In Psalm capite libri scriptum est de me, ut 39. facerem voluntatem tuam, Deus meus volui; tunc dixi Ecce tenio. Postremò Isaiae 50. Corpus meum dedit persecutientibus, & genas meas Is. 50. vellentibus; faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspiciens in me. Adde quod & Iudeus etiam dixit, quod facis, fac citius. Ex quibus omnibus, & multis alijs, quæ adduci possent apertere constat Christum Dominum quanuis amore victimum, & triumphatum, voluntariè tamen ad passionis calicem accessisse, ut verum sit, quod de diuino amore dicit Gregorius Nazianzenus, qui eum fortem, & dulcem tyrannum appellavit.

*Annotationes in Euangelium,*

ANNQATIOnES  
IN E V A N G E L I V M ,  
Pro Dominica Resurrectionis.

*Nolite expauescere. Iesum quaritis Nazarenum,  
crucifixum? surrexit, nō est hic. Marc. 16.*

I.  
Apoc.  
13

 Vm Ioannes Euange-  
lista inter alia multa  
in suis reuelationibus  
librum vidisset signatum sigillis  
septem, nec ab aliquo posset ape-  
tiri, amare flebat, quod nemo  
inuentus esset dignus aperire li-  
brum, & soluere signacula eius;  
& eccevnus de viginti quatuor  
senioribus ne fleueris, inquit, Ec-  
ce vicit Leo de tribu Iuda aperire  
librum, & soluere septem signacu-  
la eius. Quibus verbis Ioāni spē  
iniecit fore ut Christus Domi-  
nus, qui omnia omnino tanquā  
Leo vicerat, etiam librum illum  
resignaret, ut mysteria ibidem  
comprehensa vulgarentur. Est  
autem liber ille, relictis alijs ex-  
positionibus ipsem Christus,  
cuius septem sigilla, septem sunt  
nostræ redemptionis mysteria,  
incæremonijs, & figuris legali-  
bus abscondita, sicut docet D.

Hylarius in præfatione in Psal-  
mos, videlicet incarnatio, nati-  
uitas, passio, resurrectio, assens-  
sio, missio Spiritus Sancti, adue-  
tus ad iudicium.

Quòd verò Christus liber sit,  
ostenditor primū ex illis ver-  
bis Psal. 138. *In libro tuo omnes  
scribentur;* quem locum de Chri-  
sto, qui de se loquens dicit se es  
se librum, in quo omnes prede-  
stinati scribūtur, intelligūt Hai-  
mo, Magister Sententiarum, &  
alij, congruitque illud Isaiç. 49.  
*In manibus meis descripsi te.* Vbi  
ipsemet Christus de se tanquā  
de libro loquitur. Fuit liber hic  
apertus, & extensus in Cruce,  
ut omnes in eo maximarū vir-  
tutū exempla perlegeret, vimq;  
illam amoris, quo Deus nos fuit  
prosecutus, intelligerent. Scrip-  
tus erat intus, & foris intus qui-  
dem per amorem, & dolorem:  
foris

foris autem per vulnera: quia  
verò foris labores, quos pro no-  
bis ferebat videbamus, opus fuit  
lacea latus eius aperiri, ut mag-  
nitudo amoris, à quo illa exte-  
riora signa oriebantur, cerne-  
retur.

<sup>Il. 30.</sup> Eodem pertinet illud Isaiae  
30. *Erunt oculi tui videntes præ-  
ceptorum tuum:* quia enim Christus & præceptor erat simul, &  
<sup>2.</sup> liber, ipse met in se ipso tanquam  
in libro dabat omnis probitatis  
documenta: quia verò satis erat  
ad illum vel tacentem respicere,  
ad hanc cœlestem doctrinam ca-  
pescendam, dicitur, *erunt oculi  
tui videntes.* Notandum est au-  
tem quod sequitur, & *aures tuae  
audientes verbum monentis post ter-  
gum.* In quo ostenditur nec tan-  
ta amoris signa satis fuisse ad ho-  
minem moliendum; quin po-  
tius neglexisse, tergaque dedisse  
tanto præceptor. Simulque sig-  
nificatur maximus Christi in  
nos amor, qui à nobis dereli-  
ctus non cessat post tergum se-  
<sup>Cant.</sup> qui, & illis verbis Cantorum  
<sup>66.</sup> cap. 6. clamare, Reuertere, reuert-  
ere Sunamitis, reuertere, reuerte-  
re, & intuciamur te.

De Christo etiam aliqui in-  
terpretantur librum illum, de-

quo Dominus ad Abacuch. c. 2.  
ita loquitur. *Scribe iustum, & ex-  
plana cum super tabulas, ut per-  
currat, qui legerit eum.* Quo loco  
præcipit Deus Prophetę, ut scri-  
bat librum maiusculis characte-  
ribus, illumque in tabulis expli-  
cit, ut qui legerit non hæreat.  
Qui liber super tabulas scrip-  
tus, Christus est in Cruce exte-  
sus: maiusculis literis cōscriptus,  
id est, quam maximis virtutum  
exemplis, ut nemo in eis perle-  
gendis possit hærere: sed si velit,  
facile lectionē persequatur, vnde  
sibi viuendi normam possit  
accipere. Quare merito Paulus  
ad Galatas. 3. eosdem arguit, &  
carpit, quod non obedientiā veri-  
tati fidei, cum iam illis Christum  
crucifixum toties prædicauerit.  
*O inféasti Galatae;* quis vos, inquit,  
fascinavit non obedire veritati, an-  
te quorum oculos Christus proscrip-  
tus est, & in vobis crucifixus? hoc  
est, ut Hieronymus exponit,  
quibus per meam prædicationē  
ita manifestata est eius passio, ut  
ipsum ante oculos pendere pu-  
taretis: proscriptus, inquam est,  
hoc est, sententiam damnatio-  
nis accepit. Vel, ut alij volunt,  
ante quorum fidei oculos Chri-  
stus crucifixus est, quasi liber  
depi-

Abac.  
2.

Ad Ga  
lat. 3.

3.

## Annotationes in Euangelium

depictus, ac descriptus illustrissimis amoris documentis. Hi autem non *proscriptus* legunt, sed *prescriptus*, id est, ante scriptus, seu depictus. Sic Chrysostom⁹, & Theophylactus, ut sit sensus Christū fuisse veloti librū aperatum, & explicatum, ante oculos fideliū positum, in quo expedite legi poterat quidquid necessarium est ad salutem, quem admodum bonus latro, & Centurio, ante quorum oculos Christus pependit, eius diuinitatem ibilegere potuerunt; ille Dominum agnoscens, & regem, dum ait, *Domine memento mei dum veneris in regnum tuum*; hic verò filium Dei, cum dicit, *Filius Dei erat homo iste*; & multi alij, de quibus Euangelista ait, quod *reuerterebātur percutientes pectora sua*.

Hinc est quod angelus de cœlo descendēs in aurora Dominicæ resurrectionis, eam mulieribus annuntiaturas, posset easdem infidelitatis arguere: cum enim ipsæ iuxta Crucem stetissent, atque ante oculos Christū crucifixum, veluti librum aperum, sibi, omnibusq; legendū, resurrectionem eiusdem tertia die futuram ibilegere nescientes, valde mane vna sabbatorū,

cū iam tertia dics esset, veniūt ad monumentum cum aroma. tibus; & quem viuum querere deberent, adhuc in sepulchro mortuum quæsierunt; id, quod angelos apparenseis notassevidetur cum dixit, *Iesum quæritis Nazarenū crucifixum? surrexit, non est hic*. Sic Deus promiserat per Esaiam c. 53. *Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra suunti*. Etenim sicut virgultum abciſſum magis crescit, ita Christus abciſſus per mortem, iterum per resurrectionē pullulauit, Sicut etiā radix quo ad aspectum quidem oculorū latet sub terra defixa, sed tamen foras virtutem suam exerit, ita verbum latuit quidem in carne, latuit in cruce, latuit in tumulo; tertia verò die post passionem suam, de terra non solū sicut radix pullulauit, sed & sicut virgultum reſloruit, ioxtaverbum suum in Psalm. 27. *reſloruit caro mea*; qui locus ad Christi resurrectionem pertinet, idque illustrius expressit Dominus per Ezechielem cap. 17. *Sumam ego de medulla cedri ſublimis, & ponam de vertice ramorum eius, tenerum diſtringam: & plantabo ſuper montem excelfum, & eminen-* tem:

tem: in monte sublimi Israel plantabo illud; & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam; & habitabunt sub ea omnes volucres, & uniuersum volatile sub umbra frondium eius nidiificabit. Est autem hic surculus, qui in monte sublimi Israel plantari promittitur, ipse Rex Messias in monte Caluariæ crucifixus, sicut ex Septuaginta interpretibus aperte colligitur, qui ita transtulerunt. *in monte sublimi Israel suspendam illum.* Ita expendit Theodoretus in commentarijs super Ezechielem.

*Theo-  
dot.* Eandem ex Christo mortuo generationem prænuntiauit Esaïas cap. 53. ubi postquam Christi passionem commemorauit, quasi exponens illum per mortem plantatum, in fructus uberrimos pullulasse, subiunxit; generationē eius quis ēnarrabit. hoc est, quis poterit enumerare, innumerablem lobalem, quæ ex eo oriatur? idem tacite pollicitus est Isaïas eodem capite 53. sub illis verbis, *abcessus est de terra uiuentium.* Vbi notandum est *abcessum,* dixisse, non auulsum, seu eradicatum: quia Leo noster de tribu Iuda, radix David,

per resurrectionem erumpens gloriosus, mirum in modum es set germinatus. Cum igitur hæc omnia tum ex Christi assida prædicatione, tum etiam ex ipsa in cruce aperti libri lectio, hoc est ex Christo in cruce pendente, has mulieres oporteret ediscere, & legisse, nō erat cur iam tertia adueniente die, Christum quærerent crucifixū, sed potius gloriosum, immortalem, atque ab inferis resuscitatum: quia tamē dies erat festus, gloriosus, dies exultationis, & lætitiae, angelos noluit eas contristari modicæ fidei arguendo; imō ut easdem consolaretur ait. *Nolite expaescere. Iesum quæritis Nazarenum crucifixum? surrexit, non est hic.*

Vbi notandum est, quod quāuis mulieres istæ diluculo surrexisserint ut Iesum vngarent, iā ille surrexerat, ut eas consolaretur; ait enim Bernardus, accelebra quantum uis, inuenies cum, non præuenies: temerè tibi aliquid trubis; magis amat, & ante. Innuit hoc Regius vates cum ait. *Erravi sicut ouis, quæ perijt, quare seruum tuum Domine.* Psal. 118. *Psal-* quid hoc aīs Propheta? fateris 118 te errasse, vis inueniri? quare

## Annotationes in Euangelium

pastorem tuum , & inuenies .  
Posset quidem quærcere , inueniri autem non , nisi à pastore ipso reducatur : sic enim ouibus errabundis solet euenire . Vnde & Bernardus ad illa verba spōsæ , quæsiui , quæ diligit anima mea , sic habet , non quæreres ò sponsa , nisi prius quærereris .

Quæruantur prius tres istæ fœminæ , quam Apostoli , quia fūgientibus illis , ipsæ nunquam à latere Christi de cruce pendentes recesserunt , donec in monumento eum deponentes cum Maria matre eius domum abierunt , vbi vnguenta preparantes una sabbati valde diluculo in monumentum se contulerunt : pius ergo Dominus ut tam pij operis , tanti que laboris mercedem redderet primum se se obculit eis resuscitatum . Deinde , cum Dominus vellet dispersis Apostolis notam facere gloriā suam , hoc est mysteriū , seu secretum resurrectionis suæ , hoc illis munus iniunxit , quod citius exequentur ; & bene , quia veloces pedes earum ad arcana quæque diuulganda . Vnde dicente Angelo , Ite dicite discipulis eius & Petro qui precedet vos in Galileam , subditur , at illæ euntes fu-

gerunt de monumēto . Hoc est , ve- locissimè currētes prænimia celeritate fugere videbantur , vt resurrectionis Dominicæ secre- tum , sicut Angelus præceperat discipulis reuelarent .

Nolite expauescere . Iesu quæritis Nazarenum crucifixum ? surrexit non est hic .

T Imore perterritas nititur 6. confortare dicens , nolite expauescere : timere enim impiorum est , iuxta illud Proverb . 2 . fugit impius nemine persequente : iustus autem quasi leo confidit . Id autem in poenam peccati datū est , vt patet Deuteron . cap . 28 . vbi loquens Moyses cum ijs , qui Deum legem Dei sui noluerint obser- uare sic ait . Dabit enim tibi Do- minus ibi corpauidum , & deficiētes oculos , & animam consumptā mœrore , & erit vita tua quasi pēdens ante te . hoc est sic timebis in totavita tua , quasi habeas ante oculos horribilem figuram , atque spectaculum alicuius hominis in patibulo suspēsi . Quærit Procopius rationem , ob quā , sicut Deus dedit signum , quo posset agnosci fuisse sibi gratū sacri-

sacrificium Abrahā nempe ignem, quo sacrificium consumaretur, cur etiam non aliquod signum dare voluerit, quo agnoscetur sacrificium Caim non fuisse sibi gratum? respondet tristitia Caim signum fuisse, quod ex peccato ipsius oriebatur, de quo Deus locutus est cum dixit, *quare tristis es, & cur concidit vultus tuus?* non ne si bene egeris recipies, si verò malè statim peccatum tuum in foribus aderit? quasi diceret. Logo te conhēcraō pola tristeza do rostro que he o sobrescrito da alma q̄ fez mal. Meritò ergo Angelos ait mulieribus, *nolite expauescere*, cum ipse per peccatum à Deo minimè recessissent, quin potius ipsum Crucifixum ardentissimo quæsierint amore. Deinde non erat cur expauescerent, quæ Christum quærebant, sicut ex Matthæo Euangelista ostēditur, quā sic easdem alloquitur. *Nolite timere: scio enim quod Iesum quæritis:* quasi diceret, non est cur timematis, quæ non quæritis, quæ vestras sunt, sed quæ Iesu Christi. Vel sic. *Nolite timere: quia ut ait Bernardus, solus Deus non frusta queritur, etiam dum non inventur.* Vnde in Psal. 68. dicitur.

*Quærite Deum, & vivet anima vestra.* Sò polo icrdes buscado. ff. 68  
*& Philo Iudæus, conductus sancte,* Philo  
*inquit, ad fruendum rebus bonis,*  
*vel ipsum quærendi studium.* Semper enim appetitio rerum honestarum, etiam si ad metam non perveniat, tamen homines studiosos alacritate præoccupat. Diuus etiam Bernardus in eandem sententiā, *Bern.* *Bonus es, inquit, Domine animæ quæretu te; qui ergo inueniēti?*

*Quærite ergo, fratres, Dominum, & confirmamini, quærite faciem eius semper;* hoc est, quandois illum inueniatis, adhuc quærite: quia etiam inuentus quæritur. Inuento autem illo, gloriari licet cum sponsa illis verbis Canticorum cap. 3. *Inueni, quem diligis anima mea: tenui eum nec dimittam.* Cant. c. 3. 1 Dicite cum Patriarcha Iacob, *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.* Melius cum Bernardo, *non dimittam te etiam si benedixeris mihi.* Bern.

Accipite & aliam timoris abijciendi rationē. Nolite, inquit, expauescere. surrexit, nōst hīc. quasi diceret, si non surrexisset tunc expauescere oporteret: quæ enim utilitas in sanguine eius dū descenderet in corruptionem. nihil nobis sancte prodesset eum nasci

## Annotationes in Euangelium,

nasci, nihil mori, nihil ad inferos descendere, nisi ab inferis resurgeret, ut omnibus profuisset. Profuit autem & ad fidem nostram, & ad spem, iuxta id, quod ait Petrus Apostolus in prima epistola, cap. 1. Deus suscitat illum à mortuis, ut & fides nostra, & spes essent in Deo. Deus enim, ut ait Paulus 1. Cor. 6. qui Dominum suscitauit, & nos suscitat per veritatem suam. Deinde profuit ut esset perfectissimum exemplar nostre resurrectionis; quæ adnotatio est D. Thomæ ad Phili. 3. p. q. 56. art. 1. propter verba Iip. 3. Pauli ad Philippenses. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratus corpori claritatis suæ. Quod etiam colligi potest ex ec, quod Christus 1. Cor. 15. dicitur primitiæ dormiētum, & subditur, sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabūtur, unusquisque autem in ordine suo, primitiæ Christus, & deinde ij, qui sunt Christi, scilicet tanquam illi maxime similes, & conformati, & ideo postea subdit. qualis terrenus tales & terreni, & qualis cœlestis, tales & cœlestes: sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis: loquitur enim aperte de imagi-

ne gloriæ. Est autem imago, quæ fit ad representandum prototypum, seu exemplar. Portare ergo imaginem Christi, est habere gloriam ad similitudinem eius. Quam similitudinem explicat Paulus subdit, Hoc autem dico, fratres, quia caro, & sanguis regnum Dei possidere non possunt; neque corruptio incorruptam possidebit. Ecce mysterium vobis dico, omnes quidem resurgentur, sed non omnes immutabimur. Ac si diceret, similitudinem illam, seu imitationem in hoc consistere, quod iusti habituri sūt corpora gloriose, quale est corpus Christi, quæ immutatio nō est communis omniū, sed propria iustorum. Et hoc ipsum docuit Paulus ad Rom. 6. dum ait, si complatati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. & cap. 8. eodem sensu dixit, si spiritus eius, ad Rom. 8. qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in vobis. qui suscitauit Iesum à mortuis, vivificabit & mortalitatem corpora vestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis. & infra. Si filij, & heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. si tamen compatimur, ut & glorificamur. Denique ita etiam intelligi potest illud Apoc. 3. qui dicerit dicitur ad Rom. 8. 60

bo ei sedere mecum in throno meo.  
Ratio verò est illa generalis.  
quia primum in unoquoque ge-  
nere est exemplar cæterorum;  
quia licet interdum non sit ne-  
cessarium ex parte operantis,  
quia ipsum per se est sufficiens  
ad agendum, & non indiget ex-  
trinseco exemplari: tamen ex  
parte ipsarum rerum, perfectio  
vnius est veluti mensura, & re-  
gula cæterorum, quæ eò perfe-  
ctiora erunt, quo fuerint alteri  
conformiora. Ex libera quoque  
voluntate operantis fieri potest  
vt reliqua siant sub ea habitudi-  
ne, vt alteri sint conformia. Er-

go hoc modo gloriosum Chri-  
sti corpus, est exemplar iustorū:  
& quia in eo genere est supre-  
num, & quia ob eius gloriam,  
& honorem voluit Deus cæte-  
ra iustorum corpora resurgere  
ad similitudinem eius, & veluti  
quasdam illius imagines, ac re-  
præsentationes existere. Benè  
ergo Angelus ait mulieribūs,  
*nolite expauescere: neque enim*  
timere, imò propter assignatas  
rationes gaudere oportebat, cū  
ex Christi resurrectione ea no-  
bis prouenerint bona, quæ in  
præcitatissimæ Scripturæ locis  
promittuntur.


---

## ANNOTATIONES IN EVANGELIVM,

Pro Feria secunda post Pascha.

Duo ex discipul. Iesu ibant ipsa die in castellum, &c.

*Luc. cap. 24.*



Lerunque Deus tē-  
tare solet seruos suos  
os tuum ut eorū si-  
dem experiatur, tu  
ut notam faciat potentiam suā,  
in ijs de temptationum feroce  
liberandis, quemadmodum ap-  
paruit cū Isaac liberavit de ma-

nu Abraham patris sui illum sa-  
pra montem, in sacrificium im-  
molari volentis. Qua etiam ra-  
tione tentauit patientiam serui  
sui Job. & tentari etiam permi-  
fit Suzanæ continentiam. Sicut  
autem Deus magnificauit eum,  
qui in ultimo rerum discrimine  
non

*Gen.  
22.5  
Iob. 1*

## Annotationes in Euangelium

Dan.  
xii.  
Matt.  
xii.  
**non desperat: sic eum, qui tunc temporis spem amittit, iudicat arguendum.** Id autem fecisse Christum legimus Matth. 14. cū in mari discipulis apparuit, cui cum Petrus diceret, Domine ibe me ad te venire super aquas, veniensque iubente Domino, timuisset, cępissetque mergi; Dominus ait. Modicæ fidei quare dubitasti? quasi diceret, si non dubitares, nunquam mergereris, sed super mare licet ventorum vi maximè commotum securus ad me venires. Nouerat hoc Iudith. quæ cum audisset Oziam Sap. 8 promisisse quod trāsacto quinto die traderet ciuitatem, misit ad præsbyteros, quibus ad illā venientibus dixit. Qui estis vos, qui tentatis Dominum? non est hic sermo, qui misericordiam prouocet, sed potius qui iram excitet, & furorem accendat. Posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum, diem constituitis ei.

Dan.  
xii.  
**Eadem Dei potētia apparuit Danielis tertio capite, cum scilicet tres pueri iussu regis Nabuchodonosor in fornacē misi, de medio ignis liberati sunt postquam eorum vidi in lege seruanda constantiam, & fidem:**

cumenim Rex diceret, quis est, qui eripiat vos de manu mea? ipsi de Dei auxilio, pro cuius lege in fornacē mittebantur, confidentes responderunt. Ecce Deus noster potest eripere nos de manu tua. quod si noluerit, notum sit tibi rex, quod deos tuos non colimus, & statuam aurcam, quam erexisti non adoramus. quasi dicerent. Sufficit nobis quod talem Deum colimus, qui habet nos liberandi potentiam. Siue autem velit nos liberare, siue nō, nihil curamus: nos enim illi maximæ curæ sumus; unde certò scimus illum nihil aliud esse facturum, quam quod maximè viderit nostra omnium interesse. In hac fide, & spe defecerunt duo ex discipulis Iesu eentes in Emaus, quibus Dominus obuiam factus ipsa die resurrectionis eius ait. O stulti, & tardo corde ad credendum. & verè quidem stulti, quia cū adhuc terria nō esset trāsacta dies ita iam fidem amiserant, vt ab eodem Christo Domino opus fuerit confirmari. Vnde & appropinquans ibat cum illis, videlicet, vt eisdem ex divinis litteris, resurrectionis fidem ostendēs, confirmaret eos in fide.

Notandum est autem in illis  
ver-

verbis Euangelistæ, appropin-  
quans ibat cum illis, Deum ne-  
minem deserere, nisi prius ipse  
deseratur; immo aliquando se de-  
serentes insequitur, ne pereat:  
qui enim elongant se ab illo, ut  
dicitur in Psalmo 72. peribunt.  
Vide quid dixerit Paulus ad  
Hebreos 12. contemplantes, ne  
quis desit gratiæ Dei. Vbi cernis  
non dici ab Apostolo, ne gratia  
Dei alicui desit, sed ne quis de-  
sit gratiæ eius: Deus enim ne-  
minem deserit, quin prius dese-  
ratur; id autem probat D. Au-  
gustinus sermone 54. de verbis  
Domini ex illis verbis Zacha-  
riæ cap. 1. *Conuertimini ad me, &*  
*Ego conuertar ad vos.* Auersus, in-  
quit, est Deus, quia tu te auertisti.  
tu ab illo fecisti casum, non ille à  
te fecit occasum. Ergo audi dicen-  
tem conuertimini ad me, & ego  
conuertar ad vos. Fugientis dorsa  
persequitur, qui faciem redeuntis  
illuminat. Quod si iam videre  
cupis Deum fugientium dorsa  
persequenter, audi quid dicat  
Euangelista de Domino nostro  
Iesu Christo; Ecce duo ex disci-  
pulis eius ibant ipsa die in castel-  
lum; ipse autem appropinquans ibat  
cum illis.

Potuit quidem Dominus de-

serentes se deserere, immo fugiē-  
tes punire, neque tamē voluit,  
quia & fortis Deus est, & longa-  
nimis: patiens, & multæ miseri-  
cordiæ. non faciam, inquit, *Altio-  
nem iræ meæ*, quia Deus ego sum,  
& non homo. In hoc vero magis 3.  
ostendit potentiam suam, quæ si  
furorë iræ ficeret, iuxta illud 11.  
ad Romanos 9. *Volens Deus ostē-  
dere iram suam, & notam facere Rem;*  
potentiam suam, sustinuit in multis 20.  
patientia *Vasa iræ*. homines ostē-  
dunt potentiam in vindicta, Deus  
in patientia. Ratio huius ea vi-  
detur esse quoniam Deus quā-  
uis hodie non vlciscatur de ini-  
micis suis, cum in sua potestate  
habeat tempora, & momenta,  
quandoconque ei placuerit vl-  
ciscetur: quo enim peccator ibo  
à spiritu tuo, & quo à facie tua fu-  
giā? si ascendero in cœlum, tu illic  
es; si descendero in infernum ades.  
Si habitauero in extremis maris ibi  
tenebit me dextera tua. Homo au-  
tē statim vult facere furorë iræ  
suæ, quia cū non sit Dominus  
vitæ suæ, nec habeat in sua po-  
testate iepora, vel momenta, si  
differat de die in diē, forte cum  
volet non poterit inimicum pu-  
nire, id, quod impotentiae esse  
constat. Notandum est etiam in

## Annotationes in Euangelium

verbis Apostoli citatis, quod Deus sustinendo in multa patientia vasa iræ, hoc est peccatores, non solum ostendit patientiam, sed etiā indignationem, & irā. Volēs, inquit, ostendere iram suā, &c. Thesaurizant enim peccatores interim iram Dei in die iræ.

al Ro. 2.22.23. & rēuelationis iusti iudicij Dei, sicut dicitur ad Rom. 2. quo loco thezaurizare, cumulare significat. Itaque peccator quoties peccat, ad thezaurum iræ, nouam accessionē facit, & cumulum: Deum verò habere in thezautis irati non est aliud, quā habere supplicia; quæ dicitur in thezauris seruare, ut cum iustitia & equitas postulauerit, ea peccatoribus distribuat. Quo sensu dicitur Hieremiæ. 50. Aperruit Dominus thezaurum suum, & protulit visa iræ sue. & Iob. 38. numquid ingressus es thezauros niuis, aut thezauros grandinis? vbi de niue, & grandine sermo est quatenus interdum à Deo, loco supplicij inferuntur, vt ex sequentibus patet: aspexisti que preparavi in tempore hostis in diem pugnæ, & belli? unde sicut rex aliquis postquam bellū hostibus indixit, iubet aperiri armamentaria vt inde arma pro-

Hier. 50. Iob. c. 38.

mantur; ita Deus cum statuit in peccatores vindicare, aperit iudiciorū suorū armamentaria, in quibus varia suppliciorū genera condita afferuantur, quæ thezauros appellat, quia cum ad correctionem, & salutem ordinatur, in agno pretio instar pretiosissimi thezauri habenda sūt. Hāc ob causam ira Dei in phialis non æneis, seu fictibus, sed aureis quasi aliquid pretiosissimū recondita memoratur Apocal. 15. sub his verbis. *Vnum de quatuor animalibus dedit septem phialas aureas plenas iracundiae Dei.* Vbi notandum est iram Dei in hac vita dari in phiala effundenda super terram, quia cum phiala os habeat angustum non potest ira Dei, nisi guttatum fluere, vt intelligas Deum in præsentí iram suā moderatè, paulatimq; potius distillare, quam effuderere: effusionem verò reseruare in diem iræ, iuxta verbum Pauli præallegatum.

Apos. 15.

*Oculi eorum tenebantur ne eum agnoscerent.*

**I**esus ibat cum illis, nec tam eum agnoscebant, quia oculi eorum tenebantur; id autem similiter eunire solet in pijs etiā homi-

## Pro Feria secunda post Pascha.

130

hominibus pergentibus ad ali-  
quod scelus perpetrandum: eos  
enim Deus insequitur mille mo-  
dis admonēdo ne vterius pro-  
grediantur: quid enim est aliud  
conscientiæ stimulus, metus in-  
fernī, & cæteræ admonitiones,  
quæ tunc temporis mentē cæ-  
co verbere carpunt, nisi quædā  
salutis monita, quibus Deus fu-  
gientem sequitur peccatorem?  
hoc in Pauli mirabili cōversio-  
ne Deus voluit fieri manifestū,  
vt in alijs fieri intelligeretur in-  
tus, quod in Paulo foris factum  
est, siue videbatur. *Saule*, inquit,

*quid me persequeris? durum est ri-  
bi contra stimulum calcitrare. Sa-  
ule, Saule; ecce quomodo Deus  
hominem reuocat perperā ali-  
quid aggredientem. Quid me per-  
sequeris. Ecce conscientiæ stimu-  
lum. Durum est tibi. Ecce metum  
incutit dura, & dira inferni tor-  
menta patiendi, nisi à scelere re-  
trahatur. Audi Beroandum ser-  
mone i. de conuersione Pauli.*

*Magnificè, inquit, in hac una con-  
uersione, & misericordiæ magnitu-  
do, & efficacia gratiæ commenda-  
tur. Subito, ait Lucas, circumfulsit  
eū lux de cœlo. O Verē inestima-  
bilis diuinæ dignatio pietatis: illu-  
strat cœlesti fulgore vel à foris,*

intus adhuc luminis incapaciē: qui  
nec dum infundi poterat, diuina  
saltē circunfunditur claritate. Ec-  
ce, fratres, Paulus diuina circū-  
datus luce, adhuc eā tamen nō  
agnoscit: ait enim, *quis es Dñe?*  
cui ille. *Ego sum Iesus Nazaren⁹;*  
*quē tu persequeris.* Et nos iam in  
hodierna Christi duobus disci-  
pulis apparitione aliquid simile  
ostendamus: quanvis enim dis-  
cipuli in castellum cuntes Iesū  
non persequebantur, tamen ab  
Hierusalem recedentes eū non  
sequebantur; cum ergo ipse di-  
xerit, *qui non est meū, contra me  
est, & qui non colligit meū disper-  
git, dici potest quod contra ipsū  
ibant ipsa die in castellum; ille  
autem appropinquans ibat cum sil-  
lis, illustrans, sic ait Bernardus  
de Paulo, cœlesti fulgore, vel à  
foris, intus adhuc luminis inca-  
paces. Vnde & sequitur, *Oculi  
autē eorum tenebantur ne eum ag-  
noscerent; qui tamen eos non  
deseruit quonsq; agnosceret.**

*Ostulti, & tardo corde  
ad credendum, &c.*

**E**cce discipuli acriter repre-  
hensi non scandalizantur,  
quin potius ipsius amore capti,  
& cœlesti doctrina accensi ad

R. 2 inui-

6.

## Annotationes in Euangelium

inuicem dicunt, non ne cor no-  
strum ardens erat dum loqueretur  
nobis in via, & aperiret nobis scri-  
pturas? vnde & invitabant eum  
ad hospitium dicentes. Mane no-  
biscum: solet enim Dominus ma-  
nere apud eos, qui salutari ac-  
quiescant reprehensioni, humili-  
li eam corde suscipientes, iuxta  
illud Ilaicæ, super quæm requiesceret  
spiritus meus, nisi super humilem,  
& quietum, & trementem verba  
mea? Discant maiores, subditos  
ita increpare, ut non odisse, sed  
diligere videantur; memine-  
rintq; de sponso dictu' esse Câr.

Cant. 6.  
cap. 4. mel, & lac sub lingua eius.  
Audi quid dixerit in hanc sen-  
tentiam beatus Augustinus, di-  
lige, inquit, & dic quidquid voles:

Aug. alias enim quidquid lacerato dixe-  
ris animo, punientis est impetus,  
non charitas corrigitis. In Apo-  
calypsis cap. 1. legimus vidisse  
Ioannem filium hominis, de cu-  
jus ore exhibat gladius ex utraq;  
parte acutus, & in manu habē-  
tem stellas; hoc autem signifi-  
cabat, quod si forte Deus ali-  
quando increpat, feritq; verbo-  
rum suorū gladio, manu tamen  
simul stellas offert, hoc est cœ-  
lum, per stellas significatū. De-  
nique Deus non increpat solū

vt feriat, sed vt prospicit feriendo:  
ideoq; discipuli quanquis à Chri-  
sto stulti vocarentur, amore ta-  
men eius accensi dicunt, cor no-  
strum ardens erat dum loqueretur.

Notandum se se ostendit hoc  
loco, quam soleat aliquādo Dei  
amor læsus irasci, id, quod di-  
uina nobis scriptura aperre ostē-  
dit Numerorum capite 20. vbi  
præcipiēs Dominus seruo suo,  
& amico Moysi, vt sitiente po-  
pulum potaret, ad petram lo-  
qui iubet; ipse tamen sibi per-  
suadens plus posse virgæ flagel-  
lum, quam Dei verbum, noluit  
ad petram loqui, sicut præce-  
perat Deus, sed eandem bis  
percussit, & fluxerunt aquæ.  
Iratus est autem Deus aduer-  
sus Moysen amicum suum, a-  
dedò ut neque in terram promis-  
sionis eum permitteret introi-  
re; hoc autem non alia de cau-  
sa, quam quia dicente Domino  
Moysi, & Aron, loquimini ad pe-  
tram, verbo eius credere no-  
luerunt. Eodem quoque modo  
hodierna die, Christi in discipu-  
los amor veluti cum eisdem ex-  
postulans ait. O stulti, & tardo-  
corde ad credendum, non ne hac  
parti oportuit Christum? quasi di-  
ceret, credendum vobis esset

meis

Num.  
20.

Gen.  
41.

meis verbis: prædixi enim non semel, me in urbe Hierosolyma crucis mortem subiturum, tercia tamen die resurrectum; vos autem cum hac tercia dies sit, iam de resurrectione desperatis?

Ex hac verò Christi occulta reprehensione discant Christi fideles, maximè superiores, quibus id ex officio incumbit, non publice subditos de peccato arguere, sed occultè: sic enim Dominus noster discipulos in itinere arguit nemine praesente. Quo eodem modo se habuit Patriarcha Ioseph cū fratribus, qui cum eisdem se vellet manifestare, nec fieri posset, nisi ad memoriam reuocaret peccatū venditionis in Aegyptū, ne hoc apud exterios diuulgaretur, omnem à se eiecit extraneum. Sic Deus cum arguere vellet Mariam, & Aron, quòd cōtra Moysem fratrem murmurassent, eos ad fæderis tabernaculum seorsum cum fratre ire præcipit. Num. 12. & Christus Iesus Samaritanam vt argueret, misit discipulos, vt cibos emerent, ne adesset. Denique hos duos eūtes in Emaus ab alijs separatos conuenit, vt secretius, & fru-

ctuosius posset reprehendere. Quid verò sic arguit dubitantes, extremo certè supplicio afficiet blasphemantes.

Vltimò notandū est hīc quā sit Deus de suorum salute solitus. Si enim bene expendatur, nihil aliud his octo diebus cum fecisse inueniemus, quā dispersos metu discipulos congregare, vt verum sit quod ait Petrus in sua prima epistola cap. 5. omnem solicitudinem vestram projicentes in Deum, quoniam ipsi cura est de vobis. In quam sententiam dixit Regius Vates in Psal. 39. Pauper sum ego, & mendicus, Dominus solitus est mei. Vnde & Chrysostomus, non tanta, inquit, nobis cura est, nihil graue pati, quantæ illi, qui nobis animam donauit. & D. Augustinus lib. de diligendo Deo, cap. 10. Sic certe, inquit, mihi videtur cum eius miserationes erga me attedo, quod si fas est dicere, nihil aliud agit Deus nisi vt mea saluti provideat; & iterum ad custodiā meam occupatum video, quasi omnium oblitus sit, & mihi soli vacare delit. Ne igitur ingrati animi crimen aliquis incurrire videatur, studeat solicite ambulare coram Domino, vt possit illi veraciter

## Annotationes in Euangelium

Cāt. dicere cū sponsa in Cant. Cāti.  
dilectus meus mihi & ego illi: hoc  
est , sicut ille mihi , sic ego tota  
animi solicitudine illi intendo;  
tal is profecto erat anima illius,  
qui dixit. O vita, per quam vino, &

fine qua morior. Vbi , quæso , es?  
Vbi te inueniam , vt in me deficiam,  
& in te subsistam? propè esto in  
animo, propè esto in corde, in ore, in  
antribus, quia amore languo.  
(?.)

## ANNOTATIONES IN EVANGELIVM, Pro die festo Ascensionis Domini in illud. Marci. 16.

Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis assu-  
ptus est in cælum, & sedet à dextris Dei.

 VM Dñs, ac Redem-  
ptor noster de se in  
cælum gloriose Ascē-  
sione loqueretur cū discipulis,  
sic eosdem consolatus est. Expe-  
dit vobis vt ego vado, si enim nō  
abiero, paracletus non veniet ad  
Dios. In huius verò rei confirma-  
tionem, & expositionē D. Tho-  
mas 3. p. q. 47. art. 1. In solutio-  
ne ad tertium, notauit Christi in  
cælum Ascensionem, quia cor-  
poralem suam præsentiam no-  
bis subtraxit, vtiliore nobis fu-  
isse, quam fuisset præsentia corpo-

ralis. Primo, inquit, propter fidem  
augmentum, quæ est de non visis.  
Vnde ipse Dominus dicit discipulis  
suis Ioan. 16. Quod Spiritus San-  
ctus adueniēs arguet mundum de  
iustitia, scilicet, eorum, qui credūt:  
vt Augustinus dicit super Ioannē.  
Ipsa quippè fidelium comparatio,  
infidelium est vice operatio; Vnde sub-  
dit, quia ad Patrem vado, & iam  
non videbitis me: beati enim, qui  
non vident, & credunt. Erit igitur  
vestra iustitia, de qua mundus ar-  
guetur, quoniam in me, quem non  
videbitis, credetis.

Secund-

<sup>Ioan.</sup>  
14. Secundo, ad spei subleuationem  
Vnde ipse dicit Ioannis cap. 14. Si  
abiero, & preparauerero vobis lo-  
cum iterum veniam, & accipiam  
vos ad me ipsum, ut ubi ego sum,  
& vos sitis. Per hoc enim quod  
Christus humanam naturam af-  
sumptam, in cœlo collocauit, de-  
dit nobis spem illuc perueniendi.  
Hæc Diuus Thomas. In quam  
sententiam Beatus Augustinus  
sic habet. *In ipso Iesu est unius-  
cuiusque nostrum caro, sanguis:  
ubi ergo portio mea regnat, ibi me  
regnare credo: ubi sanguis meus  
dominatur, ibi me dominari sen-  
tio.* Concinunt, quæ habet Leo  
<sup>Leo</sup> Papa in Sermone primo de Af-  
fincione. Christi, inquit, *Ascen-  
sio, nostra prouectio est, & quo  
præcessit gloria capitis, eō spes vo-  
catur & corporis: hodie enim non  
solum Paradisi possessores firmati-  
sumus, sed etiam cœlorum in Chri-  
sto superna penetravimus.* Hæc  
Leo Papa.

<sup>Ad co-  
loll.</sup> Tertiō, expediebat nobis  
Christum ascendere in cœlum,  
ut ait Diuus Thomas ubi suprà,  
ad erigendum charitatis affectum  
in cœlestia: Vnde dicit Apostolus  
ad Coloss. 3. Quæ sursum sunt que-  
rite, ubi Christus est in dextera Dei  
sedens: quæ sursum sapite, non quæ

super terrā: ut enim dicitur Matth.  
6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est, &  
cor tuum. Et quia Spiritus Sanctus  
est amor nos in cœlestia rapiens,  
ideo Dns dicit discipulis Ioan. 16.  
Expedit vobis ut ego vadā: si enim  
non abiero, paracletus non veniet  
ad vos, si autem abiero mittam eū  
ad vos. Quod exponens Augusti-  
nus super Ioannem, non potestis, in  
quit, capere spiritū, quandiu secun-  
dum carnem persistitis nosse Chri-  
stum. Christo autē ascendēte corpo-  
raliter, non solum Spiritus Sanctus,  
sed & Pater, & Filius illis affuit  
spiritualiter. Hæc D. Thomas.  
Ex quibus iam collige cum eo-  
dem Diuo Thoma quæst. 57.  
artic. 6: Ascensionem Christi  
esse causam nostræ salutis, id-  
que dupliciter. Vno modo ex  
parte nostri: alio modo ex par-  
te ipsius. Ex parte quidem no-  
stri in quantum per Christi As-  
censionem mens nostra moue-  
tur in ipsū. Quia per eius Ascē-  
sionē, primō quidē datur locus  
fidei, secūdo spei, tertio charita-  
ti, sicut supradictū est. Quarto  
etiam, per hoc reverētia no-  
stra augetur ad ipsum, dum iam  
non existimamus sicut homi-  
nem terrenū, sed sicut Deum  
cœlestem, iuxta id, quod ait

## Annotationes in Euangelium

**2. Cor. 5.** Apostolus 2. Cor. 5. Et si cognoscimus secundum carnem Christum, id est, mortalem, per quod putauimus eum tantum hominem, ut exponat glossa, Sed nunc iam non nouimus. Ex parte autem sua quantum ad ea, quae ipse fecit ascendens propter nostram salutem: primo quidem viam nobis preparavit ascendendi in celum, secundum quod ipse dicit **Mich. 14.** Vado parare vobis locum. **2.** Et Mich. 2. Ascendit pandoles ante eos. Quia enim ipse est caput nostrum, oportet illuc sequimur, quod caput precessit. Vnde dicitur **Ioan. 14.** Ut ubi ego sum, et vos sitis. Et in huius signum, animas sanctorum, quas de inferno eduxerat, in celum traduxit, secundum illud Psal. 67. **Ascendens in altum, captiuam duxit captivitatem:** quia scilicet, eos qui fuerat a diabolo captiuitati, secum dixit in celum, quasi in locum peregrinum humanæ naturæ, bona captione captiuos, ut potè per victoriam acquisitos. Secundo, quia sicut Pontifex in veteri testamento intrabat Sanctuariū, ut assisteret Deo pro populo: Ita Christus intravit celum ad interpellandū pro nobis, ut dicitur ad **Hebreos 7.**

Ipsa enim representatio sui ex natura humana, quam in celum intulit, est quædā interpellatio pro nobis: ut ex quo Deus humanam naturam sic exaltavit in Christo, etiam eorum misereatur, pro quibus filius Dei humanam naturam assumpsit. Tertio, ut in celorum sede quasi Deus, & Dominus constitutus, exinde diuina dona hominibus mitteret, secundum illud ad **Ephes. 4.** Ascedit super omnes celos, ut adimpleret omnia, scilicet, donis suis, secundum glossam interl. ibidē. Ecce ostendimus ex D. Thoma quomodo intelligendum sit id quod Dominus noster Apostolus dixit. Expedit vobis ut ego vadam.

Verum quia Marcus Evangelista ait, Postquam locutus est eis assumpitus est, quibus verbis ostenditur aliquid necessarium ad salutem eisdem locutū fuisset Salvatorem, quæ, & qualiter sit locutus ante quam celum ascenderet, videamus. Recumbentibus inquit, Undecim Discipulis, apparuuit illis Iesus, & exprobavit incredulitatem illorum, qui his, qui viderant eū resurrexisse a mortuis non crediderunt.

Mirum sane videri debet, quod tunc

tunc temporis Dominus Iesus  
Discipulos increpauerit, cū eis  
amatoria loqui debere videba-  
tur: sic enim inter amicos, & fra-  
tites fieri consueuerit, cum in lō  
ginquam regionem iā, iam pro-  
fecturi, in vnum conueniunt, vt  
ad inuicem separentur, quemad  
modum in actibus Apostolorū  
legimus fecisse Paulū qni, à Mi-  
letō mittens Ephesum, vocauit ma-  
iores natu Ecclesię, qui cum venis-  
sent, & simul essent, dixi eis. Vos  
scitis à prima die, quæ ingressus in  
Asiam, qualiter vobiscum per om-  
ne tempus fuerim seruiens Domino  
cum omni humilitate, & lacrymis  
& tentationibus, quæ mihi accide-  
runt ex insidijs Iudeorū, quomodo  
nihil subtraxerim vtilium, quo mi-  
nis annunciarē vobis, & docerem  
vos publicè, & per domos testifi-  
cans Iudeis, atq; gentibus, in Deū  
penitentiam, & fidem in Dominū  
nostrum Iesum Christum. Et nunc  
Ecce ego alligatus spiritu vado in  
Hierusalem, quæ in ea ventura sint  
mihi ignorans. Et paulo post. Et  
nūc, inquit, Ecce ego scio quia am-  
plius non videbitis faciē mēa. &c.  
Et cum hæc dixisset, positis quibus  
suis orauit cum omnibus illis: ma-  
gnus autem fletus factus est omniū  
& procumbentes super collū Pau-

li, osculabantur eum dolentes ma-  
xime in verbo, quod dixerat, quo-  
niam amplius faciem eius non es-  
sent visuri. Et ducebant eum ad na-  
vem. &c. Ut quid igitur Domi-  
nus noster cœlos ascēsarus dis-  
cipulorum exprobrat incredu-  
litatē, & duritiam cordis, quip-  
pe qui eosdem tanquam oculos  
suos diligebat, iuxta id quod di-  
xerat ppheta Zacharias in per-  
sona ipsius met Christi, qui teti-  
gerit vos, tanget pupillā oculi mei?

Zach.  
cap. 2.

Beatus Gregorius hom. 29.  
in Euangelia respondet, ideo id  
factum fuisse, Vt verba, quæ disce-  
dens diceret, in cordibus audientiū  
arctius impressa remanerent. Clari-  
lius eandem explicauit Grego-  
gorij rationem Aimon Episco-  
pus hom. in hunc locum, eandē  
proponens, soluensq; quæstio-  
nem in hunc modum. Quare, in  
quit, voluit eos increpare, die, quo  
ascendit in cœlum? respondet. Vt  
omnitempore, quo ad viuerent, do-  
lerent, & tristarentur, & pœniten-  
tiam agerent, quo increduli fuerūt  
in resurrectione Domini. &c. Res-  
pondere potest præterea, ex hac  
Christi exprobatione nemine  
iure potuisse scandalizari, quia  
non fuit impetus punientis, sed  
potius charitas corrigentis; in  
quam

Aimō

6.

## Annotationes in Euangelium

Hier. quam sententiam Hieronymus dixit, Dominum Iesum incredulitatem discipolorum exprobasse, non ut puniret, sed ut emendaret. Exprobatur, inquit, incredulitatem, ut succedat credulitas; exprobatur duritiam cordis lapidei, & succedat cor carneum, & charitate plenum. Qui plura in hanc sententiam requirit, recollat ea, quæ adnotauimus soprà in Euangelium feriæ secundæ post Pascha, ad illa verba, Ostulti, & tardi corde ad credendum; nos verò ad aliquid, in ijs, quæ sequuntur, adnotandum transeam.

*Euntes in mundum uniuersum prædicate Euā gelium omni creature.*

Cant. **Q** Vanta solitudine Deus noster humanæ int̄edit salutem, collige ex illis verbis Cāticorum c. 2. dilectus meus mihi, 2. Bern. & ego illi. In quem locum Bernardus; quis est, inquit, sponsus, & quæ sponsa? sponsus Deus noster est: illa vero, si audeo dicere, nos sumus: gaudemus ergo nos, in quos intendit sponsus. Quo eodē sensu putat idē sanctus, & mellifluus doctor, dictū fuisse à Propheta in Psalmo 59. expectans expectavi Dominum, & intendit

mihi, ut sit sermo de providentia, & charitate Dei erga animam. In quam sententiam notandus est locus elegantissimus D. Augustini in 3. Confessionū suarum c. 11. O tu, inquit, bone, omnipotēs, qui sic curas & nūquāq; nostrum tanquā solum, & sic omnes tanquam singulos. Vnde Paulus ad Galat. 2. mortem Domini, quā pro omnibus passus est, quam sibi soli præstitam prædicat dicens, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Id, quod notauit B. Chrysostomus cōmentario in hunc locum. Qua ratione etiam Lucæ c. 15. dicitur, venisse Dei filium quæsitū vnicam tantummodo ouem, quæ perierat: quia nimis ita quæsivit omnes, quasi vnam, & sic vna quasi omnes: sic enim omnibus quasi vni profruit beneficium redēptionis humanæ. De eadē etiā maxima Dei prouidentia erga animam vniuersitatisq; nostrum, seu in vniuersū erga Ecclesiā, quam diligit velut sponsam charissimam, & cui semper vigilatissime int̄edit, intelligit, & explicat Rabbi Salomon verba illa Cāt. c. 5. Ego dormio, & cor meū vigila: quasi dixerit sponsa per candolentiam, ego

ego dormio, & securè quiesco  
in meo lectulo, dilectus verò  
meus, quem tanquam cor dili-  
go, perpetuò laborat, vigilatq;  
vt custodiat, & benefaciat mihi.  
Hanc igitur filius Dei Dominus  
noster Iesus Christus innatam  
sibi prouidentiam erga omnem  
in vniuersum creaturam euidē-  
tiū ostendit ad Patrem ascen-  
surus cum Apostolis ait, *Euntes  
in mundum vniuersum prædicate  
Euangelium omni creature.*

Vt autē magis appareat Chri-  
sti Domini erga humanam salu-  
tem prouidentia, notandum est  
Apostolos, & in vniuersum om-  
nes euāgelicos prædicatores es-  
se veluti pedes, quibus Saluator  
noster post ascensionem suam  
<sup>Eze.</sup> vniuersum orbem docendo pe-  
ragravit. Vnde Ezechielis cap.  
1. visus est Christus super fir-  
mamentum, quod impositum  
erat capitibus illorum quadri-  
formium animaliū, hoc est Euā-  
gelistarum, & Apostolorum, vt  
eum per vniuersum terrarum  
orbem asportarent quasi victo-  
rem, & triumphantē. Quo sen-  
su dictum est etiam Abac. 3. qui  
ascendis super equos tuos, & qua-  
drigae tuæ salutatio. Quem locū  
D. Ambrosius libr. de Nabuth,

cap. 15. de Apostolis interpre-  
tatur. Agitanit, inquit, Christus  
Apostolos suos, quos per diuersa  
mundi direxit, vt toti orbi Euā-  
geliū prædicarent: ascēdit enim  
eques non tantum vt sedeat, sed vt  
regat. Diuus etiam Hieronym⁹  
sic eundem locum Abacuch vi-  
detur cōmētari. Ascēdit, inquit,  
in Paulo ascēdit in Petro, & in his  
iusti medi curribus equitās totū illu-  
strauit orbē, intendens quoq; arcū,  
sive sagittas, scepira, id est regna  
diaboli destruxit: Vnde subditur,  
fusca suscitans suscitabis arcū tuū: velut  
sepiuaginta trāstulerūt, intendens  
intēdes arcū tuū super scepira, &c.

Quo etiā modo, & sensu Greg. Greg.  
lib. 44. moraliū, c. 13. intelligit,  
& exponit verba illa eiusdem  
Prophetæ, & capitī, viā fecisti  
in mari equis tuis in luto aquarū  
multarum, hoc est, aperuisti iter  
prædicatorib⁹ tuis inter doctri-  
nas hui⁹ sæculi, sordida, & terre-  
na sapiētes. Vnde nō incōgruē  
in Cant. Cantic. sub metaphora  
cruriū Apostoli, & prædicato-  
res allegoricè colūnæ nūcupā-  
tur fūdatæ super aureas bases.  
crura illius colūnæ marmoreæ, que  
fūdate sunt super bases aureas. c. 5. Can-

sunt nāque Apostoli, & in vni-  
uersum omnes euāgelisti præ-  
dica-

## Annotationes in Euangelium

dicatores, veluti columnæ quædam, quibus nititur Ecclesiæ ædificiū; marmoreæ propter cādorem vitæ: fundatæ super bases aureas, quoniam super duplīcē amoris basem, Dei videlicet, & proximi sustinentur.

Quāuis igitur Christus Dominus expleto quadraginta dierū tempore cœlos ascenderit, ad dexteramq; Patris iam sedeat, nunquam tamen desijt pervniuersum terrarū orbem suis mysticis pedibus, hoc est primūm Apostolis, deinde vsque ad mūdi finem prædictoribus asportari, ut sponsæ suæ, hoc est Ecclesiæ, quam sicut sponsam diligat, salutē operetur; & hoc est, quod iam iam discessurus ait, *Euntes in mundū vniuersum prædicare Euangelium omni creatura.* Hæc, & alia multa Christus Dominus locutus est discipulis suis priusquam assumeretur in cœlū: tūc videntibus illis eleuatus est.

Euangelium, bonam nuntiū sonat; & quidem nihil melius, nihilque iucūdius mundo Apostoli poterant prædicare, quam quod natura illa, cui dixerat Dei terra es, & in terram ibis, videntibus illis iam sit eleuata in cœlum? vnde beatus Ioānes Chrysostomus

in sermone de Ascensione Domini, ita nos videtur exhortari. *Cognoscamus quis est ille, qui audiuit, sedet ad dexteram meam: quæ natura est, cui Deus dixit, esto meæ particeps sedis?* illa natura est, quæ audiuit, terra es, & in terram ibis. Et hæc ostendēs Paulus dicebat, qui descendit, ipse est, qui ascendit, &c. Verum quidem est, quod in Adam omnes cederunt, verūtamē postquam in Christo Iesu omnes ascenderūt, verissimē quoque affirmari potest, quod sicut in Adā omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur: ubi enim abundauit delictum, superabundauit & gratia. Vnde Leo Papa in sermone de Ascensione dignis nos iubet gaudijs exultare, & pia gratiarum actione lætari, quia, ampliora, ut ipse ait, sumus adepti per ineffabilem Christi gratiam, quā per diaboli amiseramus iniuriam: nam, quos virulentus inimicus primi habitaculi fœlicitate deiecit, eos sibi concorporatos Dei filius ad dexteram Patris collocauit. Quam ob causam beatissimi Apostoli, omnesq; discipuli Christi, cum eundem viderent in cœlo ascendentem, non solū nulla sūc affecti tristitia, sed etiam maximo gaudio

gaudio repleti. Et reuera magna erat, & ineffabilis causa lœtitiae, u in conspectu sanctæ multitudinis super omnium creaturarum cœlestium dignitatem, humani generis natura concenderet, supergressura angelicos ordines, & ultra archangelorum altitudinem eleuanda, nec ullis sublimitatibus modū suæ profectionis habitura, nisi æterni Patris recepta concessu, illius gloriae sociaretur in throno, cuius naturæ copulabatur in filio.

### Et sedet à dextris Dei.

**Q**uid sit Christum in cœlo sedere, aptissime explicavit Apostolus. 1. ad Cor. 15. Nam quod David ait. Sede à dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum; Ipse dixit, oportet eum regnare donec ponat omnes inimicos eius sub pedibus eius. Sedere igitur, regnare est, Ecclesiamque gubernare, eadem phras, qua dicere sollemus Summum Pontificē Romanum sedere, quo sensu Sedulus Poeta locutus est cum dixit de Christo in cœlum ascensione, atq; ad dexteram Dei Patris sedente.

Aethereas euæbus abit sublimis in auras,  
Et dexteram subit ipse patris, mundum q; gubernat.

Videtur tamen nos solum Christi regnum, sed quietem etiam ipsius significari, quasi post longum huius vitæ laborem, post pugnam sedere, ac quiescere, quasi rex in suo throno dicatur alta fruens pace. Id quod multis potest Scripturæ locis indicari, in quibus Christi passioni, atq; laboribus, opponitur sessio. primum Matth. 26. Verum tamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei. Idē dixit Christus Dominus Marci 14. Cū interrogaretur à summo Sacerdote tempore passionis an esset Christus filius Dei benedicti. Et ad Roman. 8. Christus, qui mortuus est, immo, qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei. Ad Ephes. 1. Suscitās illū à mortuis, & constituēs ad dexterā suā in cœlestibus. Beatus Ambrosius auctor est huius interpretationis serm. 60. Secundū consuetudinē, inquit, nostrā illi concessus offertur, qui aliquo operi perfecto viator aduenies, honoris gratia promeretur sedeat. Ita ergo est, homo Iesus Christus passione sua diabolū superans, resurrectione sua infima reservās, tanquam perfecto opere ad cœlos viator aduenies ait à Patre, sede ad dexterā meam.

Quod

## Annotationes in Euangelium

Quod verò attinet ad dexterā Dei, quid nimirum significet, nunc videndum. Pro cuius intelligentia notandum est, Patrem aeternum, neque dexterā habere, neque sinistram, sed totum ubiq; esse. Vnde nullo modo audiendi sunt, qui certum in cœlo locū dexteræ nomine putant designari, quales sunt non nulli ex hereticis huius nostræ tēpestatis, ita absurdī, ut ab alijs eiusdem septæ paulo doctioribus soleant irrideri. Denique & cū Christus in terris est, ut certe est in Eucharistia Sacramento, & ut visus est à Paulo Actorum 9. Ad dexteram etiam sedet Patris: nam, & ad iudicium ad dexteram Dei sedens venturus dicitur Marc. 14. Et Matth, 26. quod fieri non posset, si certus dexteræ nomine locus intelligeretur. Hunc errorem D. Augustinus in libro de fide, & Symbolo refutauit.

Dexterā qd signif. Metaphoricē igitur dexterā suminecessē est; & iuxta omnīū fere veterum auctorum opinionem, per dexteram patris, gloriæ, honoris, maiestatis, potentiae, rerumq; omnium æqualitas designatur. Sic Basilius libro de Spiritu Sancto, cap. 6. Augu-

stius libro de Agone Christi, cap. 26. Et libro de fide, & Symbolo. cap. 7. Neque tamen defuit, qui per dexteram non solū æqualitatem, sed quiddam etiā æqualitate maius voluerit significari, non quod, inquit, filius quia quā maius habeat, quā Pater, cum in omnibus æquales omnino sint, sed quod maiore præse, si officiū estimationē consideremus, dinitatē ferat, cū ad dexterā, id est, regali in sede sit, Ecclesiam inde gubernās, donec Pater ponat inimicos eius scabellū pedū eius: sicut in iudicio non habebit quidē res ipsa maiore quam Pater honorē, non maiorem potestatē, sed maiore tamē ostendet, ac præferet; quia ipse, non Pater, iudicis officiū exercabit: omne enim iudicium Pater dedit filio Ioan. 5. Mōetur doctor iste ut hoc dicat, consuetudine loquēdi, vnde, ut, inquit, sine dubio metaphora ista ad dexterā Patris sedendi traduta est. Cū tres simul sedent omnium more gentium, qui honoratissimus est sedet in medio: cū autem sedent duo, qui honoratior est, sedet ad dexteram. Exemplū est in lib. 3. Reg. c. 2. vbi cum Bethsabee mater Salomonis Regis cū inuiseret, iussit Salomon ad dexteram suā alterum

rum ponit thronum, in eōq; sedere matrem, ut eam superiorem agnoscet. In literis verò sacrī usquam Spiritus Sanctus dicitur sedere, sed solus Pater, & filius, quōd sedēre, gubernare sit, & non Spiritus Sanctus, sed Pater, & Filius dicuntur gubernare; id quōd extrinsecus intelligendum est, nam intrinsecus quidem animas hominū Regere Spiritus Sancti proprium est. Cum ergo solus Pater, & Filius sedēant, & Filius ad dexteram Patris sedere dicitur, significatur honoratio re quodāmodo esse loco, nō quod re ipsa maior sit, sed quod cū regis officium exerceat, maiorem præferat dignitatem.

Merito D. Ioānes Chrysostomus nos hortatur, ut agnoscamus diuinæ clemētię largitatē. diuinā, inquit, clemētiā cum omni admiratione discamus, quæ summū honore, magnamq; gloriam nostrā naturā largita est, quæ omnib; hodierna die meruit excelsior reperiri. Ex his Chrysostomi verbis iā collige quanta fiducia Dei filius æterno Patri obtulerit primi tias humanæ naturæ, quāmq; eidem Patri munus à filio oblatum placuerit. Christus, inquit,

Chrysostomus, Ascendens in cœlum, nostra naturæ primi tias obtulit Patri, & oblatum donum mirans est Pater, quod & tanta dignitas offerebat, & quod offerebatur nulla macula fœdabatur: nā & suis manibus suscepit oblatum, & suæ sedis fecit esse participes: & quod plus, ad partem sua dexteræ collocauit.

Hæc est illa ouis', quam, vt ait Epyphanius, Pastor ille bonus, Epyphanius qui non aginta nouem ouibus in deserto, hoc est in montibus Cœlestibus relictis, errabundam quæsivit, inuentamq; atque humeris clementer impositam, ad cœlestem portum adduxit, adductam autem Cœlesti Patri muneris loco obtulit, & pro tali munere à Patre munus Spiritu Sancti, quod redderet, impetravit. Huiusmodi verò ouis in cœlum Ascensionem, ciues cœlestis Hierusalem admirates introducit Propheta Iiāias capit. 63. Cum in persona Angelorum, iuxta sententiam Originis, sic ait. Quis est iste, qui denit de Edom tinctis vestibus de Bozra? Hoc est de Hierusalem? Sic enim Edom, & Bozra, interpretatur Diuus Hieronymus, eò quod mos sit Scripturæ eos, qui in alio-

## Annotationes in Euangelium

aliorum mores degenerant, illorum appellare nomine, quorum imitantur mores. Est igitur sensus horum verborum, ex sententia Originis, Diui Hieronymi, & beati etiam Ambrosij, quis est iste qui venit de Hierusalem, tinctis vestibus, hoc est carne indutus? quibus verbis Angeli inferiorum ordinum, ut existimat Dyonisius Areopagita, de Cœlesti Hierarchia, cap. 7. doctri volent, & illuminari ab Angelis supremi ordinis; quibus illi responderunt verbis illis Psalmi, *Attollite portas principes vestras.* His vero Angelis supremi ordinis hæc iubentibus, responderunt medij ordinis Angelii, *Quis est iste Rex gloriae?* & docentur modò ab ipsis dicentibus, hunc esse Dominum Sabaoth, & Regem gloriae, qui homo factus humano habita in celum descendat.

Denique ciues cœlestes mirari iure optimo potuerunt, videntes hominis naturam ascendentem in celum ad dexteram Dei concessorā, ante cuius conspectum omnis militia cœlestis exercitus astare consuevit iuxta illud Esaiæ cap. 1. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsū,* &

*eleuatum: millia millium ministrabant ei. & decies centena milium assistebant ei.* Vnde Tobiz cap. 12. ait Raphael Archangelus, *Ego sum Raphael natus ex septem* hoc est ex multis, qui astamus ante Deum. Hinc est quod beatus Bernardus ad illa verba Esaïæ cap. 14. In persona Luciferi superbientis, & in throno Domini maiestatis sedere presumētis, *sedebo, inquit, in monte testamenti.* &c. Eundem Luciferum increpat sequentibus verbis. *Sic cinē, inquit, ibi stant omnes, tu sedebis? quid laborasti ut iam sedebas?* Esta honra erat reseruanda pera a natureza humana, q̄ sò a via de terceira cadeira diante de Deos. Id enim aperte vidit Ioannes Apocal. cap. 4. *Ecce, inquit, Sedes posita erat in cœlo, & super sedem sedens.* Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor. &c. Et super thronos vidit viginti quatuor Seniores sedentes, per quos universitas salvatorum intelligenda est iuxta expositionem beati Augustini, Bede, & Primasij.

Notandum est autem thronos, siue sedilia in celo post Christi Domini Ascensionem apparuisse, quia hunc primum pa-

patuit sanctis in gloriam aditus,  
eisque sedilia ad sedendum con-  
cessa sunt; in cuius typum, & si-  
gnificationem cum intra Sancta  
sanctorū, siue tabernaculi Mo-  
sici, siue Tēpli Salomonis, nul-  
la essent sedilia, nihilominus in  
tra Sanctasanctorum eius Tem-  
pli, quod describit Ezech. à cap.  
40. multa sedilia sunt visa. Sic  
enim latera illa per circuitum,  
quorum sit mentio cap. 41. in-  
terpretatur Dyonisius Carthu-  
sianus, & alij: ē quibus quadra-  
ginta ponunt in ea parte Tem-  
pli, quæ appellator sancta; reli-  
qua 26. in ea, quæ Sanctasancto-  
rum dicitur. Igitur in Sanctis  
sanctorum Templi Salomonis  
nolla fuerunt sedilia, quia va-  
cula omnino fuissent, cum eō  
solus Pontifex semel in Anno  
ingrederetur, ut dicitur ad He-  
breos cap. 9. Quo simul etiam  
significabatur, nemini eo tem-  
pore ad gloriam aditū patuisse,  
cumque ob causam superua-  
canea fuisse sedilia: At verò  
quia post passionem Christi li-

ber patet aditus ad Sancta san-  
ctorum cœlestia, idcirco in San-  
ctissanctorū eius Templi, quod  
in Ecclesiæ typum à Christo fū-  
datæ, fuit Ezechieli ostensum,  
oportuisse, ut multa sedilia po-  
nerentur, in quibus sederent  
ij, quibus salus contingere: qua <sup>ad Ezech.</sup>  
de re Apostolus ad Ephes. 2. phos.  
Ecclesiæ gratulari videretur di-  
icens. Deum autem, qui diues  
est in misericordia, propter nimiam  
charitatem suam, qua dilexit nos,  
conuincit nos in Christo. (cu-  
ius gratia estis saluati) & conresu-  
scitauit, & consedere fecit in cœ-  
lestibus in Christo Iesu. Ex quo  
mirum in modum resplendet  
Dei in nos amor, & beneficen-  
tia, qui propter Christum ad  
tam sublimem honoris gradum  
noscuexit, ut in nobilissima illa  
curia, tot principibus, id est,  
Angelisstantibus, & ministran-  
tibus coram Deo in divinitatis  
suæ throno residente, ipsi quo-  
que in thronis gloriofi sede-  
amus.

(?.)

*Annotationes in Euangelium*

ANNOTATIONES  
IN EVANGELIVM,  
Pro die festo Pentecostes: in  
illud Ioan. 14.  
*Siquis diligit me sermonem meum seruabit.*



I. **V**oniam primum, & maximū totius Catholicæ fidei fundamētū, ut constat ex Symbolo S. Athanasij, hoc est, ut unū Deū in Trinitate, & trinitatem in unitate veneremur, opere pretiū erit ex diuinis literis hanc Catholicā veritatem cōprobare, priusquam agamus de Spiritu Sancto, qui est tertia persona Sanctissimę Trinitatis, cuius missio igneis linguis in Apostolos, hodierna die celebratur. Deducitur igitur in primis veritas hæc ex illis verbis Psalm. 32. *Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritus oris eius omnis virtus eorum.* Vbi Psalmista loquitur de creatione Mundi, quæ fuit à solo Deo facta, nullo interueniente adiutorio, seu ministro extrinseco, hoc enim est unū de fundamētis fidei: sed Psalmista testatur, quod Deus per verbū cœlos fecit, similiterq; testatur, eundē

Deum per spiritum oris suiseisse, seu creatore omnes virtutes seu exercitus cœlorum; est igitur In diuinis trinitas personarum, quarum tertia est spiritus Dei sanctus, quo Deus creare dicitur virtutes cœlorū. Sequi autem optime hoc exprædicta autoritate ostēditur, quia de ratione verbi est quod distinguitur à dicente, seu proferente; similiter, & de ratione spiritus oris est, ut distinguitur ab inspirante: bene ergo sequitur quod spiritus, per quē virtutes cœlorū factæ fuerūt, est Deus, alias ab inspirante, & sic in hac autoritate Trinitas, quā prædicamus exprimitur, quæ est unus Deus Cœator mundi: in qua quidē trinitate spiritus est tertius in ordine triū personarū: in hoc enī, quod dicitur, spiritu oris eius, intelligitur aliquid intrinsecum Deo, & ab eo procedens, quod nō potest esse nisi Deus, & à Deo procedens

cedens, quemadmodum intellexit, & interpretatus est locum istum Psalmi Rabbi Simeon, ut dicit Paulus Burgensis in suo Scrutinio scripturarum cap. 12. pag. 318. Ex glossa magnasuper Genesim, quæ dicitur Bere-  
sith Rabba cap. 40. Vbi supradi-  
ctus Rabbi Simeon sic interpre-  
tatur præallegata Psalmi verba.  
*Inspiravit, inquit, seu sufflavit Deo*  
*spiritum suum, & creatus est mun-*  
*dus, sicut in Psalmo dicitur, spiritus*  
*oris eius omnis exercitus eorum.*  
Hæc Burgensis ex glossa prædi-  
cta. Ex quo patet quod hoc,  
quod dicitur, *spiritu oris eius,* in-  
telligendū est per modū inspi-  
rationis, seu sufflationis, quæ in re-  
bus creatis, à quib' cū loquimur  
de diuinis, necesse est accipere  
aliquā similitudinē, nō nisi ab in-  
trinseco, proceditur, & sic opor-  
tet qđ illa res inspirata sit Deus,  
cū nihil sit in Deo quin sit Deus.  
Similiter necesse est quod sit ali-  
us ab inspirante ex necessitate  
oppositionis relativæ.

Est etiā p̄ hac materia ad præ-  
dictā veritatē cōfirmādā, locus  
apud euangelicū Prophetā Isaiā  
elegātissimus, ex c. 48. quē re-  
fert idē Burgensis Epilec. in hūc  
modū. *Accedit ad me, audite haec*

*non à principio in abscondito locu-*  
*tus sum, ex tempore ante quā fveret, ibi*  
*eram: & nūc Dñs meus misit me,*  
*& spiritus eius. Ex qua autorita-*  
*te, inquit, habes, quod ille, qui à*  
*principio non in abscondito lo-*  
*catus fuit, scilicet, ipse Deus, qui*  
*à principio cū populum Israelē*  
*ad se applicasset dando legē in*  
*Sinay, non in abscondito locu-*  
*tus est, sed palā, & publice cun-*  
*ditis audiētibus legē dedit, vt ha-*  
*betur Exod. 20. Qui quidem*  
*Deus, scilicet, dationis legis, ibi*  
*erat; & quia ipse Deus, qui locu-*  
*tus est palā in datione legis, po-*  
*steā fuit missus in mūdū, per as-*  
*sumptionē carnis ad redimen-*  
*dū genus humanum, ideo dicit,*  
*& nūc Deus misit me, & spiritus*  
*eius. In qua autoritate manife-*  
*stè exprimuntur tres personæ*  
*diuinæ: de quartū qualibet ne-*  
*cesse est dicere, quod est Deus,*  
*qui locutus est palā: exprimitur*  
*enim ibi Deus missus, qui statim*  
*ante dñs prædixerat. Non à*  
*principio in abscondito locutus fū.*  
*&c. Similiter exprimitur ibi*  
*Deus mittens cum dicit, Do-*  
*minus misit me: Sicut etiam ex-*  
*primitur ibidem Spiritus Dei*  
*mittens, cum subdit, & spiri-*  
*tus eius, scilicet misit me: Deus*

## Annotationes in Euangelium

enim nullo modo intelligi debet missus nisi à Deo; & sic ex ista autoritate plane, & sanè intellecta, habetur distinctio triū personarum in diuinis, quarum tertia persona est Spiritus Sanctus, qui est verus Deus in quātum dicitur quod Spiritus Dei Deū mittit: est tamē distinctus à Deo misso, de quo dicitur, *dñs misit mē*, quia inter mittentē, & missum, necessaria est distinctio personalis.

P. 138 Eadē potest veritas cōprobari, videlicet Spiritū Sanctū esse Deūm, ex illis verbis Psal. 138. *Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiā? si ascendero in cœlū tu illic es, si descendero in infernū adès.* Ex quo patet, quod spiritus Dei est ubiq; tanquam ipse Deus, cui soli cōpetit ubiq; esse per essentiam, præalentiam, & potentiam.

Nā hoc pertinet ad infinitatē essentiæ, & potentiæ diuinæ, quę nulli cōpetit creaturæ, cū quælibet creatura sit finita. Psalmista tamē esse ubiq; tribuit spiritui Dei, qui est Spiritus Sanctus. Capite etiam 33. Iob, legitur, *Spiritus Dei fecit me, & spiraculū omnipotētiis viuificauit me.* Censtat autē quod facere hominē,

& viuiscare eum, solius Dei est; in maiestate ergo spiritus Dei sanctus Deus est, cui diuina Scriptura tribuit hominē facere, eū demque viuiscare,  
Hic est spiritus ille, quę Pater, & filius in die Pentecostes miserūt in discipulos in igneis linguis, ut ait B. Hylarius, *verbis ut es sent proflui, & charitate feruidi.*  
Hic est ignis ille diuinus, seu amor, de quo Christus Dñs in Euangelio loquitur cum ait, *Pater meus diligit eū. &c.* Sic enim locū interpretatur Rubert⁹ cōmētario inhūc locū, existimatq; euangelica voce hic demonstrari cur Psalmista dixerit, latum mandatum tuū nimis. Quid enim, inquit, latius hoc mādato dilectionis, quo sic mēs humana dilatatur, ut intra substantię suā palatium, maiestatem capere possit Patris, & filij, Spiritus Sancti? Sapiat hoc, & suauigustu videat is qui in terris cœlicā vitā ducens, & benē eruditus magisterio diuini amoris agere nouit in tēplo cordis sui solēnitatē delitiosæ contemplationis: nā qui laborant, & operati sunt, quādiu sua ferūt onera, refectiōne huīus dulcedinis saperē nequeunt. Eo dē etiam modo intelligit locū Ioānis, Cassianus. *diliget, inquit, cassianus* Pater

Pater, sui filij amatorem, sed nec filius ab ipsa dilectione secluditur ex hoc: quoniam ad eum deniemus & mansionem apud eum faciemus: Vbi etiam Spiritus Sanctus, includitur: nam Deus Pater cum filio alia extranea dilectione non diligunt, nisi dilectione Spiritus Sancti, cu quo æternaliter unum sunt. Vbi etiam notat quam sit Dominus largus in retribuendo: ait enim Iesus mansionem apud eum faciemus. Neque apud eum, qui diligit me. Ecce, inquit, retributio supra modum, supra speratum, supra dignum, supra meritum, supra intellectum, & omne comprehensibile facta dilectioni nostræ: quod diligit Pater, diligit Filius, diligit Spiritus Sanctus, quod & ipsi veniant, quod mansionem apud nos faciant. &c. Et paulo post. Et si, inquit, parum estimaretur aduentus, cum multi adueniant, & receendant; continuabitur mansio. Et mansionem apud eum faciemus. Mansio prima per gratiam, secunda per gloriam. &c. Similia habet Origines in eundem locum Ioannis 14. Sunt, inquit, qui tantam verbo Dei latitudinem præbent, ut in eorum cordibus deambulare dicatur: beata illius animæ latitudo, beataque strata illius mentis, ubi Pater, &

filius, cum Spiritu Sancto recumbit coenat, & facit mansionem: quibus putas opibus, quibus copijs tales animæ pascuntur? &c. Augustin. in Aug: lib. confess. 1. Quis, inquit, mihi dabit te venias in cor meum, & inebries illud, ut obliuiscar mala mea, & te unum bonum meum amplectar? sed angusta est domus animæ meæ quod venias ad eam dilatetur abste: ruinosa est, refice eam. Habet quæ offendant oculos tuos, fateor, & scio: sed quis mundabit eam, aut cui alteri præter te clamarbo? &c. Idem August. sermone infra hebdomadam Pentecostes, non pigeat, inquit, hospitem suscipere Dominum: ipse secum portat dulcedines dilitiarum, ut pascat ibi diuersos, & latentes exercitus Angelorum. Cum illo hospite pax est, & iucunditas, qui venit ad hospitem non torquere, sed pascere: non expoliare, sed vestire. Hospitium hunc apertis ianuis cordis suscipiam, & nunquam nobis dominabitur inimicus tyrannus.

Etiam autem Deum paratissemus semper uniuscuiusque nostrum animas inhabitare, significatum est Apocal. 4. Visione scilicet illa, qua beatus Ioannes inter alia se vidisse testatur septem lampades ardentes ante thro

Apocal  
4:

## Annotationes in Euangelium

num Dei, quæ sunt, inquit, sc̄ptem spiritus Dei. Ideo namq; lampades ante thronū ardere dicū-tur, quia, sicut ait glos. dona Spiritus Sancti semper parata sunt dari se disponētibus. Quā etiā ob causam eadē Spiritus Sancti dona brachia appellantur: quia Deus vniuersos cupit amplecti, & quæ propterea ē cœlo in terram porrigit, quasi omnes velit amplecti, hoc est omnib; se disponentibus Spiritus Sancti gratiā, & dona largiter cōmunicare. Quæ adnotatio fundatur in expositione Ruperti libro 2. in Deuteronomiū cap. 20. Sic ex.

**Deue.** 33. ponentis locū illū Deuteronomij. 33. Non est Deus alius vt Deus rectissimi ascēsor cœli auxiliator tuus; magnificētia eius discurrūt nubes, habitaculū eius sursum & subter brachia sempiterna. Quid est, inquit, Rupertus, habitaculū eius sursum, & subter brachia sempiterna?

Nisi quod Christus ascēdit in cœlū sedensq; ad dexteram Patris habitat sursum, & exinde perrexit huc brachia sua sempiterna, hoc est, Sancti Spiritus sui dona fortissima? &c. Vide ea, quæ dicuntur in festo B. Andreæ Apo-stoli ad illa verba Euāgelij. Venite post me, in fine.

Beatus Greg. homil. 30. in Euā- gel. meminisse nos iubet anima rū dignitatē in quibus beatissima Trinitas & venire, & man-sionē facere nō dedignatur. Pensate, inquit, charissimi fratres, quanta sit ista dignitas, habere in cordis hospitio aduentū Dei. Certè si domum nostrā quisquam diues, aut præpotens amicus intraret, omni festinātia domus tota mūdaretur, nequid fortasse esset, quod oculos amici intrantis offendēret. Tergat ergò sordes prauis operis, qui Deo præparat domum mentis. &c. Deinde vñūquemq; nostrum admonet idem Sanctus Doctor, ne desidia, & negligentia sit, vt tantus hospes animæ, etiamsi aliquando veniat, in eādem tamen mansionem facere nullatenus velit. In quorundam enim, inquit, corda denit, & man-sionē non facit, quia per compūctio-nem quidem, Dei respectum percipiunt, sed temptationis tempore hoc ipsum, quod compuncti fuerāt obliuiscuntur, sicquè ad perpetranda peccata redenunt, ac si hæc minimē planxissent.

Nec mirū, cū impossibile sit Dei spiritū habitare in corpore subditō peccatis, ne dum in ani-ma terrenis adhuc inhiantē mā-

sionem facere. Si enim Apostoli, ut notauit beatus Bernardus, Ad huc carni Dominicæ inhærentes, quæ sola sancta erat, Spiritu Sancto repleri nequierunt, tu carnitatem, quæ sordida est astrictus, & conglomeratus, illum merassisimum spiritum te posse putas suscipere, nisi carneis istis consolatiis renunciare tentaueris? &c.

Et in hoc sensu, iuxta expositionem Bernardi, dixit Saluator noster discipulis suis, nisi ego abiiero paracletus non veniet ad vos.

Vnde iam patet sensus etiam ad illud, quod eisdem Apostolis de Spiritus Sancti aduenientibus donis dixerat, nimirum, expedit vobis ut ego vadam: Quandiu enim inter ipsos versabatur, carnis præsentia, & corporali ipsius conuersatione impediti, nullo modo poterant super abundantem spiritus gratia repleri.

Expediebat etiam discipulis Christū abire, ut spiritus veniret, cuius virtute non iam, quæ sua erant quererent, sed quæ Iesus Christi audiebat in hanc sententiam dixerit idem Bernardus sermone 3. In Ascensione Domini. Quid est, inquit, quod Christo cōmorante in terris, Spiritus Sanctus ad eos venire non potuit?

An carnis illius consortium abhorrebat, quæ de ipso, & per ipsum in virgine, & de Virgine matre concepta erat, & nata? absit. Sed ut ostenderet nobis: per quam ambularemus nam; formam apponet, cui imprimemur. Et ille quidem illis plorantibus eleuatus in cœlum spiritum Sanctum misit, qui affectum eorum, id est, voluntatem mundauit, vel potius alterauit, ut iam magis Dominum vellet ascendisse, quam prius detinuisse vulnerant: implatum est, quod eis predixerat, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra conuertetur in gaudium. &c.

Hanc vero gratię largitatem in discipulos hodierna die effundendam, ad literam prædixerat Propheta Ioel cap. 2. ubi cum prius locutus fuisset de Christi aduentu, & doctrina, subiungit, Post haec, id est, paulo post, cum ipse in cœlum ascenderit: Sic enim Petrus actorum capit. 2. verbum hoc est interpretatus, dicens, In nouissimis diebus. &c. Effundam spiritum meum super omnem carnem: Seu ut eundem locum vertit Chaldeus, sed post haec, effundam Spiritum Sanctum meum super omnem carnem, &c. Quem locum ex-

9.

Ioel, 2

# Annotationes in Euangelium

Hier.

ponēs beatus Hieronymus ad Hebræos. q. 9. ait. Verbum autē effusionis significat gratiæ largita tem; & id ipsum sonat, quod De-

cordatus sum autem verbi Domini, sicut dicebat Ioannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptiza bimini Spiritu Sancto.

Verum ad effusionē redeamus, quā Hieronymus docet largam, & diuitē muneris abūdātiā significare, cum scilicet plurimis distribuit, & singulis copiosè. Hoc eodem sensu accipiendum est illud Pauli ad Ti-

A&to.

minus repromisit, vos autem bapti zabimini Spiritu Sancto: In tantū enim Spiritu Sancto baptizati sunt ut repleretur tota domus, in qua erant sedentes. Notandum est au-

tē in verbis Hieronymi, iuxta ipsius expositionem, idem esse baptizari Spiritu Sancto, quod repleri, & quasi immergi in Spi ritum Sanctum. Ex quo intelli-

3.

gi potest illud Matthæi. 3. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam, qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non

sum dignus calceamenta portare; ipse vos baptizabit in Spiritu Sā-

Chry.

eto, & igne. Quo loco Chrysostomus adnotauit elegāter suis se dictum, ipse vos baptizabit Spiritu Sancto, ac si diceret; sicut

ego modo copiosè effundo aquam super vos, ita ipse copio-

Theo.

se effundet Spiritum Sanctum Theophilatus etiam interpreta tur, inūdabit vos largiter Spiritus Sancti gratijs. Clarius hoc expo-

suit Petrus Apostolus actorum cap. 11. Cum autem cœpissent loqui, cecidit Spiritus Sanctus super eos, sicut & in nobis in initio. Re-

A&to.

cap. 11. Cum autem cœpissent lo qui, cecidit Spiritus Sanctus super eos, sicut & in nobis in initio. Re-

cordatus sum autem verbi Domini, sicut dicebat Ioannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptiza bimini Spiritu Sancto.

10.

Gala.  
tini.

ad T.  
tū.

II.

III.

IV.

V.

VI.

VII.

VIII.

VII.

X.

XI.

XII.

XIII.

XIV.

XV.

XVI.

XVII.

XVIII.

datur, & participetur, in exau-  
stam, atq; infinitam manere. Vn  
de Ambrosius vbi suprà. non spi-  
ritum ait, sed de spiritu: neq; enim  
nos capere possumus plenitudinem  
spiritus Sancti, sed tantum accipi-  
mus, quātum de suo arbiter nostri,  
pro sua voluntate diuiserit.

Notanda est autē, maximèq;  
obseruanda expositio Galatini  
lib. 8. De carnis Catholicæ ve-  
ritatis capit. vltimo, Vbi refert  
glossam Rabbi Salomonis su-  
per illud. *Et effundam spiritum  
meum super omnem carnem,* Hoc  
est, vt glossa ait, super omnem  
illum, cuius cor fuerit tenerū,  
vt caro, de quo dictū est Eze-  
chielis. 36. *Dabo vobis cor carneū.*  
Vnde colliges ideò Spiritū San-  
ctum super Iudæos obstinatos  
non venisse, quia cor lapideum  
deponere noluerūt. Christi ve-  
rō fideles idcirco illum abun-  
dè receperunt, quia cor carneū  
habuerunt; quod experientia  
reste nullatenū negari potest.  
In quam sententiam exponen-  
dum, & intelligendum est illud  
Esaïæ. 66. *Super quem requiesceret  
spiritus meus, nisi super humilem,  
& quietum, & trementem verba  
mea?* Hoc enim videtur esse cor  
tenerum, & carneum quale spi-

ritus Dei requirit ut in illud cū  
Patre, & Filio nō solum veniat,  
sed mansionē quoq; faciat, sicut  
filius ipse promisi dicens, *ad eū  
veniemus, & mansionem faciemus.*

Non est autem prētereundū  
id quod idem Galatinus vbi su-  
pra adconfusionem Iudæorum,  
fideliumque consolationem ad 2  
notauit, videlicet quod Spiritū  
Sanctum Christus in discipulos  
missurus erat, etiam ex opinio-  
ne cuiusdam Rabbini, quem ipsi  
aduersarij fidei Catholicæ, Ma-  
gistrum suum sanctum vocita-  
bant. Quod autem, inquit, Spi-  
ritum Sanctum Missios ipse super  
discipulos suos missurus esset, Rab-  
binus Haccados, qui longe ante  
Christum natum fuit, in libro, qui  
Galera Zeyra, id est, reuelator arca-  
norum inscribiur, apertissimè pre-  
dixit, dum ad sertam Antonini co-  
sulis orbis Romæ petitionem, hæc  
inter cætera respondit. Post dies  
verò decem, à sua scilicet Ascen-  
sione, ad perfectionem. 50. dierum,  
mitteret Spiritum Sanctum de cœlis  
super iustos, vi in fide eius confir-  
mentur. Mox qui illis præcipiet, ut  
eant, doceantque omnes homines  
legem eius, quemadmodum dictū  
est Ezech. 36. *Et spiritum meum* <sup>Ezech.</sup>  
*dabo in medio vestri, & faciam ut* 36:  
in

## Annotationes in Euangelium

in preceptis meis ambuletis, & iū-  
licia mea custodiatis, & faciatis  
ea. Herum autem quinquaginta  
dierum figura fuerunt illi 50. dies,  
quibus Israhel agnum paschalē oc-  
cidit, & exiit de terra Aegypti, in  
quibus Deus sanctus, & benedi-  
ctus misit spiritum sanctum super  
eos, deditque eis legem sanctam,  
ut essent firmi in fide eius. Hæc  
ille.

**13.** Quod verò attinet ad figu-  
ram, in qua Apostoli diuinum,  
sanctumque Spiritum accepe-  
runt, videlicet in linguis igneis.  
notandum est, spiritum tales ho-  
minum mentes intus reddere  
solitum esse, qualem se foris A-  
postolis exhibuit, iuxta illud

**Psal.** Psalimi 118. Ignitum eloquium tuū  
**118.** vehementer: ideo namque elo-  
quium Dei Propheta ignitum  
appellauit, quia diuini amoris  
ignem accendere solet in cor-  
de; quia vitia exurit; carnis vi-  
rorem exsiccat; lucet, atque in  
Dei lumen animas deducit. In  
quo sensu verbum Dei dicitur  
etiam castum, propter effectū,  
quem habet, quia videlicet ca-  
stificat, & mundos facit homi-  
nes sibi intentos. Vnde in Psal-  
**mo** 18. sic legimus. Lex Domini  
immaculata conuertens animas; ab

omni videlicet vanitate, & er-  
rore, ad Deum, & lumen veri-  
tatis. Hinc Diuus Ambrosius ad  
illa verba. Ignitum eloquium tuū  
vehementer, ignis, inquit, est hic  
sermo Christi, & bonus ignis, qui  
calefacere nonit: exurere autē, nisi  
sola virtus nescit; hoc igne super bo-  
num fundamentum posito, aposto-  
licum illud aurum probatur: hoc  
igne, illud morum, vel operum ex-  
minatur argentum: hoc igne pre-  
tiosi illi lapides illuminantur, sa-  
num autem, & stipula consumi-  
tur: mundat ergo hic ignis animū,  
consumit errorem. Vnde Dominus  
ait Ioan. 15. iam vos mundi estis, lo-  
propter sermonem, quem locutus es-  
sum vobis.

Ignitum certè eloquium Dei,  
cuius prædicatoribus in linguis  
igneis apparuit Spiritus Sanctus, 14  
vt ostendat, non satis esse lin-  
guam prædicantis, nisi adsit vir-  
tus Spiritus Sancti intus quasi  
ignis illuminantis, & exurentis  
charitatis ardore ea omnia, que  
impedimento esse solent, ne  
verbum Dei in audientium ani-  
ma operetur, quemadmodum  
adnotauit beatus Gregorius in  
homilia pro festo Pentecostes: G  
appellatur enim Deus ignis cō-  
sumens. Deuteron. 4. eodem fe-  
rc

rè modo, quo ignis naturalis omnes expellit, & consumit in subiecto qualitates contrarias, priusquam in tali subiecto propriam introducat formam. Inter omnia verò accidentia, quæ ab igne expelluntur, primum, & præcipuum est frigus, quippe quod formæ introducēdæ maximè repugnet; unde & Spiritus Sanctus ignis cōsumens nō prius infidelium animabus sollet inhabitare, quam ab ijsdem peccata omnia expellat, eaque maximè, quæ charitatis feruorem solent impedire, vel etiam retardare.

Non solum verò in figura ignis Spiritus Sanctus in Apostolos descendit, sed de eodem quoque dicitur Actorum c. 2. *Quod factus est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, &c. Itaque in flatu eiusdem, spiritus Domini descēdit in Ecclesiam in ea domo tūc temporis congregatam, ut significaretur fore vt deinceps eadem Ecclesia septiformis spiritus gratia afflata in cœlestem portum secundo cursu navigaret. In cuius rei typum Dominus Iesus cum stetisset in medio*

discipulorum post resurrectionem suam ait illis. *Sicut misit me Pater, & ego mitto Ios. Hoc cum dixisset insufflauit dicens, accipite Spiritum Sanctum, &c. In eiusdem quoque rei figuram Elisæus super puerum mortuum septies oscitauit. 4. Reg. 4. quia nimis super extinctum populum, hoc est, orbem terrarum Dominus veniens, septies cum fecit oscitare per septem gratiæ dona, quæ Ecclesiæ communicauit. & Esaiæ. 4. dicitur, Apprehendent septem mulieres virum unum in ilia die dicentes, innocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum. Vbi per septem mulieres, septem Spiritus Sancti bona intelligit Origenes hom. 3. super Esaiam, & D. Cyprianus lib. de exhortatione martyrij: dies quippe, qua septem mulieres virum unum apprehenderunt, tempus est redēptionis, quo septiformis Ecclesia septiformi spiritu completa, Christum per fidem, & charitatem apprehendit, ab eoque petiit ut suum auferret opprobrium, ne videlicet ultra iudei insultantes eam irridarent, quod idola venerarentur.*

*Ioan.  
205*

*El. 4*

*Orig.  
Cypri.*

Annotationes in Euangelium

ANNOTATIONES  
IN EVANGELIVM,  
secundum Ioannē. Pro Sanctissimo  
Eucharistiae Sacramento.

*Qui manducat hunc panem viuet in aeternum.*  
cap. 6.



VM Dominus noster Iesus Christus de Sanctissimo corporis, & sanguinis sui Sacramēto loqueretur, diceretque se esse panem viuum, quem, qui manducaret, vitam haberet in aeternum, alij dixerunt durus est hic sermo, & quis porerit illum audire; unde & eo relichto abierunt, alij verò ipsum occidere cogitauerunt, ex stimātes quod à mortuo nemo posset, id, quod Dominus promiserat, vitam scilicet in eternū sperare. Agnoscimus istorum vocem in prophetia Hieremīe cap. 11. *Mittamus, inquiunt, lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nō memoretur amplius.* Per lignum verò Crucem intelligit Tertulianus libro aduersus Iudeos cap. 10. quæ Crux missa

fuit in panem, id est, Corpus Christi. Id, quod etiam Diuus Hieronymus in commentarijs super Hieremiā; & beatus Gregorius lib. 12. Moral. cap. 3. eodem modo intellexerunt.

Eundem locum affert Origenes homila 8. super Hieremiā exponens illum de Cruce, rametsi panem non corpus Christi, sed eius doctrinam accipiat, in hunc modum. *Quia, inquit, docente Christo voluerunt quidam scandalum ponere doctrinā eius, crucifigentes eum dixerunt, densante mittamus lignum in panē eius: cum enim verbo Christi, & doctrinā coniungitur crucifixio, lignum in panem mittitur; & illi quidem insidiantes dicunt venite, &c. Ego autem admirabile quiddam inferā: lignum missum in panem eius, pānem fecit meliorē: antequam enim missus*

Ioān.  
6:2

Hier.  
11.

mitteretur lignum in panem eius, quando tantummodo panis erat, & non erat lignum, non exierat in Uniuersam terram sonus eius; postea vero quam sumpsit fortitudinem per lignum, tunc in Uniuersum orbem passionis eius disseminatus est sermo. Perperam etiam dicunt, eradicemus eum de terra viuentium: sic cum interfecerunt quasi semen eius penitus eradicerent; sed audi quid dicat Christus Ioan. 12. nisi granum frumenti cadiens in terra mortuum fuerit, ipsu solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ergo mors Christi spica frumenti facta est, septuplum, & multo amplius restituens, quam fuerat seminatum. Hæc Origenes.

Addit Lyranus hoc lignum fuisse Taxum, quod in ea regione est lætiferum, & venenatum, sensumque esse, conatos fuisse Iudeos Hieremiam veneno interficere, panem, quo vescebatur toxicum, seu veneno imbuendo; quod egregie quadrat in Crucem, quam veluti maledictum, & venenatum lignum, hoc est maximè probossum, in corpus, & doctrinam Christi Iudei mittere decreueront, quo nomen eius penitus abolerent.

Hoc tamen quod Iudei in Christum decreuerant, minimè successit: lignum enim crucis non opprobrium, sed honor, nō lignum mortis, sed vitæ euasit. Audi Ioannē in sua Apocalypsi cap. 2. Qui vicerit dabo ei edere de ligno vitæ. Vbi Richardus de Sā Etio Victore, & Beda per lignū vitæ intelligunt Christum, qui in Ecclesiæ paradiſo omnibus proponitur fruendus. Est igitur sensus quasi dicat ipse met Christus, qui dæmonem vicerit, edet de ligno, qđ est in paradiſo: quia multitudo dulcedinis Christi, quæ est in Ecclesia, cibabitur, & satiabitur, modo quidem participando eius gratiæ, postea verò eo per visionem beatificam perfruendo.

Eadem expositio est Ruperti, qui ideo putat dictum fuisse à Christo Dei mei, quia ratione humanitatis, Patrem Deum suum agnoscit, iuxta quod Ioannis. 20. ait. Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. Ait ergo Rupertus, quoniam primis hominibus, quia corripienti Deo non acquiecerunt, sed peccatum suum excusauerunt, lignum vitæ interdictum fuit, recte modo pœnitenti aditus ad lignū c. 3. Vitæ

## Annotationes in Euangelium

Vite repremittur, quod est ipse Christus, cuius & in cœlesti para-  
diso, visione, & in presenti Eccles-  
ia corpore sancto resusciantur ani-  
mæ. Deinde idem Rupertus ex-  
pendit verbum illud, dabo; sœpe  
enim, inquit, qui non dum vicit,  
id est, non dum egit penitentiam,  
edit de hoc ligno vite, manducans  
corpus, & bibens sanguinem Do-  
mini, verum non illi dat Christus,  
sed ipse rapit, atque adeò iudicium  
sibi manducat, & bibit, sicut ait  
*Apostolus I. Corint. cap. 11.* Ex  
quibus Ruperti verbis iam vi-  
des eum referre esum ligni vi-  
tæ tum ad visionem beatificam,  
tum etiam ad Eucharistie Sa-  
cramentum.

Est autem primum obseruan-  
dum in praedicta Apocalypsis  
auctoritate, verbum illud, *Vin-  
centi*, pugnam hic supponere,  
atque certamen: neque enim prius  
in Christi mensa est edendum,  
quam pugnandum. Similique; hic  
nobis maxima in pugnando in-  
dustria commendatur: est enim  
nobis cum multis, ijsque fortissi-  
mis hostibus dimicandum, quæ  
admodum docuit Paulus *2. Co-  
rint. 10.* In carne, inquit, ambu-  
lantes, non secundum carnem mi-  
litamus. & ad Ephes. 6. Non est

nobis colluctatio aduersus carnem  
& sanguinem, sed contra spiritu-  
lia nequitie in celestibus. Id, quod  
idem Apostolus opere presta-  
bat sicut ipse testatur cum ait.  
Sic pugno non quasi acerem verbe-  
rans, sed castigo corpus meum, &c.  
In quem sensum Origines hor-  
milia undecima super Exodus  
expendens pugnam populi Is-  
raelitici cum Amalech, eiusque  
victoriam, cum Moyses manus  
eleuabat, sic ait. Nobis etiam pug-  
na est aduersus Amalech, hoc est,  
aduersus principes, & potestates,  
& rectores tenebrarum harum.  
Eleua & tu manus ad Deum, &  
tunc fiet, quod scriptum est Nume-  
rorum. 22. quia sicut vitulus ablin-  
git populus hic populum, qui super Ni-  
terram est: per quod, ut à maiori-  
bus accepimus, indicatur, populum  
Dei non tam manu, & armis, quæ  
doce, & lingua pugnare, hoc est,  
orationem ad Deum fundendo.

Secundum obseruandum est,  
in eodem verbo, *Vincenti*, non  
dici, ei, qui vicit in præterito:  
sed ei, qui vincit in præsenti,  
dandum esse esum ligni vita,  
quia non satis est semel viceris,  
aut etiam saepius, nisi semper  
vincat: cum enim bellum ipsum  
continuum sit, iuxta illud Job.  
cap.

cap. 7. *Militia est vita hominis super terram, nunquam abscedendum est ab arena, sed in armis continuo standum, atque adeo semper vincendum.*

Tertio notandum est, vincētibus non palmam, non laurum non coronam promitti, sed eſū ligai vitæ. *Vincenti, inquit, dabo edere de ligno vita, cum tamen congruentius videretur dixisse, vincenti dabo palmam, vel coronam, &c.* Respondet Hugo cardinalis, optimo iure vincētibus in hac Dei militia non coronam promitti, sed eſum: quia enim qui vincit pugnat, pugnans verò solet esurire, & fitire, recte ei promittitur refectione, & saturitas, iuxta illud Matt. 5. *Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitia, quoniam ipsi saturabuntur.* Id quod de visione beatifica accipiendū est. Potest verò congruentius ad Sacramentū Eucharistiae accommodari eadem ratio Hugonis, iuxta illed, quod ait ipsemet Christus Matth. 11. *invitās laborantes ad refectionem. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: hoc enim sacramētum vera est, & perfecta animarum refectione invia laborantium, unde & via-*

ticum non incongruē appellatur. Promittitur ergo vincentibus eſus ligni vitæ, id est Christi Domini corpus, & sanguis: ipſe enim Christus, ut ait Eucherius *Euch* lib. 1. in Gen. c. 13. figuratus est in illo ligno vitæ, quod erat in paradiſo terrestri. Denique ipſem Christus se lignum appellauit Lucæ. 23. cum dixit. *Si in viridi ligno haec faciūt, in arido quid fieri?* quod si lignum, quod erat in paradiſovim habebat propagandi vitam in omne tempus, ut affirmant Augustinus lib. 3. de Civitate Dei cap. 20. & Rupertus lib. 3. de Trinitate c. 30. Chrysostomus homilia 18. in Genesim, Abulensis super cap. 13. Gen. q. 175. & D. Thomas 1. p. q. 93. art. 4. id, quod ex contextu Genes. 3. patet cum dicitur, *Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno vita, & comedat, & vivat in aeternum, & ceteri.* Si inquam illud lignum vim habuit à morte in perpetuum præseruandi, cum tantummodo figura fuerit Christi Domini, ut ostendimus ex Eucherio, quid mirum si ipſem Christus invitando dixerit, *Qui manducat hanc panem, viciet in aeternum?*

Bene-

## Annotationes in Euangelium

Benedictus Dominus Deus noster, qui fidelibus suis etiam in huius mundi deserto mensam præparauit, cuius panis vitam præstat in æternum; huius tanti beneficij memor Regius vates omnipotenti Deo gratias agēs,

**PL. 22.** Parasti, inquit, in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulat me. Psalm. 22. Quem locum de Sacrosancto Eucharistiae Sacramento intellexerit beatus Cyprianus epistola 63. ad Cæciliū, D. Ambrosius libro de Elia, & ieiunio cap. 1. Paschasius Abbas libro de corpore, & sanguine Domini cap. 10. Theodoretus in commentarijs eiusdem Psalmi, & D. Chrysostomus ibidē.

**Chrysost.** Qui sunt, inquit, qui nos tribulat? suggestiones inimici, cupiditates, delectationes, sæculi honores. sed cum venimus ad mensam potentis, tribulationes efficiuntur consolationes, & ex mensa præparata proficiimus aduersus eos, qui tribulant nos. Idem Propheta in Psal. 21. huius mensæ dominicæ abundantiam præsentiens, apud te, inquit, laus mea in Ecclesia magna; edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominū, qui requirunt eum, vivent corda eorum in sæculum sæculi. Quæ ultima ver-

ba similia sunt ijs, quæ Christus in præsenti dixit, qui manducat hunc panem vivet in æternum; eademque verba de Sacramento Eucharistie intelligit Eusebius Cæsariensis lib. 10. demonstratiois euangelicæ cap. 8. quemadmodum & quod sequitur in codem Psalmo, manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terre, in conspectu eius cadent omnes, qui descendunt in terram; quæ omnia adorationem mysterij, & gratiarum actionem significat. Cui concinit illud Psalmi 2. Apprehendite disciplinam, pro quo pluri aliqui ex hebreo vertunt, osculum filium; alij adorate panem. quod non nisi de Christo, qui in Sacramento Eucharistie panis est viuus, intelligi potest.

**PL. 51.** Quomodo autem diuinum hoc Sacramentum æternâ nobis possit vitam germinare, collige ex illo Osee loco cap. 14. Ero quasi ros Israel; germinabit sicut lumen: & erumperet radix eius ut Libani. Ibunt rami eius, & erit quasi olima gloria eius, & odor eius ut Libani. Vivent frumento; velut verterunt septuaginta, robabantur frumento. Quæ omnia de Eucharistia interpretatur Cyrius Alexandrinus in cōmentarijs

Cyril.  
Alex.

tarijs super Oſeā. Germinabunt,  
inquit, ſicut liliū, id est, vacabunt  
& folicitudine huius ſeculi liliū e-  
nim nullo labore arationis, nulloq;  
studio agriculturæ, mira pulchri-  
tudine induitur. Erūpet radix eius,  
ut Libani, id est, erunt ita firmi, &  
ſtabiles in fide cū humilitate, ut eſt  
arbor Libani humiliſ, & quæ alte  
rādices egit. Ibunt rami eius. dila-  
tationem Ecclefiae ſignificat. Erit  
quasi olin gloria eius, & doore eius  
ut libani, id eſt ut thuris, quia ſem  
per virescent fructibus virtutum  
ſuauifimis, qui hoc cœleſti pane  
deſcentur. Quod verò hic locus  
de Euchariftia ad literam ſit in-  
telligentus, manifestè oſtendit  
trālatio ſeptuaginta apud quos  
teſte D. Hieronymo ſic legitur  
frumento inebriabuntur: quis enim  
ignorat non poſſe panem ineb-  
riare? quare cum audimus,  
inebriabuntur frumento, doce-  
mur mysticum eſſe panem intel-  
ligendum, qui in eiſdem my-  
ſterijs confeſcratur, in quo my-  
ſtica, & ſpiritualis latet ebrietas,  
que digne cōmunicantibus cō-  
fertur. Eādem ob causam dictū  
Zach. eſt apud Zachariam c. 9. quid bo-  
num eius eſt, & quod pulchrū, niſi  
frumentum electorum, & vinum  
germinans virginēs? Quo ſensu

intelligēdus eſt etiam locus ille  
Canticorum c. 5. Comedite ami-  
ci, & inebriamini charissimi. ſic <sup>Cant.</sup>  
enim intellexerunt Greg. Nifle-  
nus, & Theodoreetus, vbi notā-  
dum eſt ad mensam Eucharifti-  
cā accedere poſſe amicos Dei,  
hōc eſt, in charitate eius, & gra-  
tia existentes: ideo enim dicitur,  
Comedite amici; in eadem vero  
mensa inebriari non poſſe, nec  
ſolere, niſi chariſsimos; vnde &  
dicitur, inebriamini chariſsimi.  
Denique comedere amicorum  
eſt, inebriari verò, hoc eſt tor-  
rente volūptatis illius potari,  
non niſi chariſsimorum.

Pessimī autem habitus indi-  
cīnū eſt (ad multorum conſu-  
fionē dico) inter lautissimas Eu-  
chariftiæ epulas quotidie verfa-  
ri, nec tamē proficere: nihil ve-  
getari, ſeu nutrirī: cum interim  
videamus aliquos hac ratione  
proficere. Hi verò homines fi-  
miles mihi eſſe videntur ſeptē  
illis bobus macie confeſtis, &  
ſædis, quas per ſomnium vidit  
Pharao; que tamen ſeptem bo-  
ues macilentæ paſcebantur in  
eiſdem locis, & ex eodē fluſi  
Nilo bibe bant cum alijs ſeptem  
pinguiſimis, que ex eodē flu-  
ſi egrediebantur. Gen. 14.

9.

T

Ideo

## Annotationes in Euangelium

Gen. Ideo inter vos multi infirmi, & im  
14. becilles, & dormiunt multi, vt  
1. Cor. ait Paulus. 1. Corint. 11. quasi  
11. dicat. ideo quia indigne madu-  
catis, & bibitis, multa, & varia  
morborū genera gravantur in-  
ter vos, mortes etiam intempes-  
tiux, & alia flagella sunt indigne  
manducantibus, & bibentibus.

Chry-  
soft. Sic interpretatur locū Pauli B.  
Chrysost. hom. 28. in primā ad  
Cor. c. 11. & tom. 5. homil. 49.  
& homilia 5. in priorem ad Ti-  
motheum. qua de re videndus  
est D. Thomas 3. p. q. 79. art. 1.

Diuus  
Tho. Probet igitur se ipsum homo  
priusquam ad Christi mensam  
accedat, & sic de pane illo edat  
& de calice bibat. Ex dispositio-  
nibus autē, quę animam cōmu-  
nicantiū præparare debet, præ-  
cipua, & prima, cæteraromque  
fundamentū, fides est, vt scilicet  
confidemur quia Dominus no-  
ster Iesus Christus Deus, & ho-  
mo est in hoc Sacramento præ-  
sentialiter, & realiter existens.  
Vnde inter omnia alia Sacramē-  
ta, hoc vnum, mysterium fidei  
solet appellari: in reliquis nāq;  
fidei mysterijs, tenetur homo  
credere id, qđ nō videt, in hoc  
verò tenetur credere cōtra id,  
quod sentit, experitur, & videt.

Hinc & Ecclesia, hodierna dī-  
canit; quod si sensus deficit ad fir-  
mandū cor sincerū, sola fides suffi-  
cit. & iterum. præstet fides supple-  
mentum sensuum defectui.

Merito hoc Sacramentū fi-  
guratū est in Manna, quod no-  
ste cadebat; vnde Apoc. cap. 2.  
absconditum vocatur. *Vincenti*,  
inquit, *dabo manna absconditum*,  
quæ verba nonnulli de Christo  
interpretantur, qui fuit abscondi-  
tus primò in sacrificijs Abel, 10.  
Noe, Abrahæ, & reliquorum  
Patrū, secundò in legis figuris,  
tertiò in carne, sub qua diuini-  
tatem gerebat occultatā, quar-  
tò in Sacramento Eucharistiz.  
Manna igitur figuram Eucha-  
ristici panis fuisse, ipse mei Chri-  
stus docuit Ioan. 6. vbi de Eu-  
charistię Sacramento à se insti-  
tuendo differens ait. *Patres ve-  
stri manducaverunt manna in de-  
serto, & mortui sunt. Hic est panis  
de Cœlo descendens, ne quis ex  
ipso manducauerit non morietur.*  
Quo etiam allusit Paulus 1. ad  
Cor. 10. cum dixit, *Patres nostri  
omnes sub nube fuerūt: omnes cā-  
dem escam spiritalem manducae-  
runt. Quo loco Apostolus cum  
manna escam spiritalem appel-  
lauit, planè significauit typum  
fuisse*

fuisse alterius veri Manna: sic enim argumentatur Tertullianus libro 5. contra Marcionem ex illo loco Pauli ad Roman. 7.

*ad Rotualis est. Cum Paulus, inquit, legem spiritualem dicit, confirmat utique eam figuram esse, & prophetiam rerum futurarum.*

Primum igitur Manna illud materiale, Christum in Sacramento adumbravit, quia viso Manna dixerunt hebrei, *Manna id est, quid est hoc? unde & nomen sumpsit;* quæ admiratio multo magis quadrat in panem Eucharisticum propter ea miracula, quæ ibi continentur. Cyril Alex. docet fuisse expressum Iudeos non cognituros esse Christum, immo eum per contempnum reiecturos dicentes, quid est hoc? Adde neque credituros mysterij Eucharistie maiestatem.

Secundum, dicebatur Manna panis angelorum, iuxta illud Psalmi 77. *Panem cœli dedit eis, panem angelorum manducavit homo.* Sic vero dictum est, quia conficiebatur ministerio angelorum, & populo de Cœlo mittebatur. Atque huc alludens Christus Dominus agens de Sacramento Euchari-

stix dixit Ioan. 6. *Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendit. Qui loquitur in panis ministerio angelorum, hoc est sacerdotum confitetur;* neque iam ipsi angeli effectores sunt, sed adoratores. Audi quid dixerit Nilus discipulus beati Ioannis Chrysostomi scribens ad Anastasium Episcopum, de ipso Nilus magistro suo Chrysostomo. *Sæpe, inquit, vidit in Ecclesia Angelos, sed maximè tempore sacrificij missæ. Itaque admiratione, & letitia plenus, amicis multi spiritualibus seorsum narrabat, quemadmodum cum Sacerdos oblatione facere inciperet, plurimi angeli e cœlo delapsi, nudo pede, aspectu intento, vulnus demissi circumstantes ad altare magna reverentia, & quiete, ac silencio, usq; ad mysterij consummatione assisiuntur. Deinde discurrentes huc, atque illuc, per tota Ecclesia, episcopos, & presbyteros, qui corpus, & sanguinem distribuerunt, adiuuant, & corroborant.* Hæc, inquit, scribo, ut intelligentes quantum tremoris sit diuina missa, nec ipsi remissi timore Dei negligatis, nec ullos alios loqui, aut mussitare tempore oblationis, neque innuere audiatur, aut a statu gravitatis dimoviri, neque huc, atque illuc circumspicer, aut ignorare, & dispersè vagari permittatis.

## Annotationes in Euangelium

Tertiò. manna illud figura fuit huius sacramēti, in eo, quod māna sapiebat quod quisq; cuperet iuxta illud Sap. 16. Angelorū esca nutriuisti populu, omne delectamētum in se habēte, & omnis savoris suauitatē; substantiā enim tuā, & dulcedinē tuā, quā in filios habes, ostēdebas, & deseruiens vniuersitatisq; voluntati, ad quod quisq; volebat conuertebatur. Probabile tñ est id miraculū iustis tantū contigisse, cæteris vero retinuisse manna suū insitum saporē, qui erat sicut panis oleati, ut dicitur

Num. 11. probat hoc Lyranus in c. 16. Sapiētiæ, affertq; id, qđ pleriq; hebreorū dicebāt, anima nostra iam naufragat super cibo isto leuissimo. Num. 21. quibus ver-

Num. 21. bis improbi fatebantur sibi māna non quidquid volebant sapuisse. Idem affirmat D. Greg.

lib. 6. Moral. c. 9. manna, inquit, omne delectamentū, atq; omnis savoris suauitatē in se habuit, quod videlicet in ore spiritualiū, iuxta voluntatē edētum saporē dedit; id, qđ licet Greg. ad verbū Dei referat, aptius tñ quadrat in Sacramētū Eucharistiæ, cuius multiplicē dulcedinē non nisi iusti sensiunt; & in hoc, manna expressa fuit figura huius Sacramenti.

Mirum etiā est quod māna illud soli expositū liquefiebat, & tamen ignē poterat sustinere: coquebatur enim, ac durū, & solidū reddebatur. Vtrūq; habes Exod. 16. & Num. 11. ita māna Eucharisticū amoris ignē, rationesque ab eo, ac fide profectas optime sustinet; at verò Solem, hoc est naturale lumen, rationisq; euidentiam, profundissimum hoc mysteriū ferre non potest.

In huius etiam mysterij figuram. 3. Reg. 19. Angelus Domini Eliæ dormienti ministrauit subcinericeum panem, qui surgens comedit, & ambulauit in fortitudine cibi illius usq; admonitem Dei Oreb. Quer Deos que durmão os sentidos assi ao fazer, como tambem ao comer deste pão diuino. Ideo namque dormiēti Eliæ præcipitur ut surgar, & comedat. & ita factū est. Vnde B. Aug. ita clamat. Hoc fidet credat, intelligentia non requirat. Et Guerricus Abbas serm. 5. de Natiuitate Domini, innuetis, inquit, Christum pannis involutum, & positum in præsepio altaris: videte ne vilitas regminis offēdat, vel perturbet ob iutū vestrae fidei, veritatē reuerēdi corporis sub

sub alijs verum formis intuentis: sicut enim mater Maria quibusdā assumptis pannis inuoluit infans: sic mater gratia dispensatorijs speciebus verum, eiusdem sacri corporis nobis obtegit veritatem; sic etiā mater sapientia enigmatibus, & figuris, arcana diuini Verbi contēgit maiestatē, quatenus tibi simplicitas fidei, & hic exercitiū studij meritum sibi cūmulet ad salutem.

### De puritate requisita in accedētibus ad hoc diuinum Sacramentum.

**Q**uod vero attinet ad puritatem, quam Deus requirit in accedētibus ad hoc Sacrosanctum Eucharistia Sacramentum, ea fuit etiam in ipso manna expressè figurata: Exodi enim cap. 16. dicitur simul cū manna rorem quoque descendisse. Mane quoque, inquit sacerdos textus, ros iacuit per circuitū casiorum; cumq; operuisset superficiem terræ, apparuit in solitudine minutum quasi pilo tusum in similiundinem pruine super terram; quē locum Rabbi Salomon sic inteligit, ut primo caderet pruina super terram, deinde manna desuper, tum ros aliquantulū con-

cretus; ita ut manna esset inter medium, ac repositū inter duo stramina, pruine, & roris, quo purū, & immune à sordibus colligeretur à populo. In quo expressa est ea puritas, quam nostrum manna viuificum in accidentibus requirit, præcipue rō castitas, quæ per pruinā cādidissimam intelligitur. Deinde cum descēderet manna descēdebat pariter & ros; quia descēdente manna Eucharistico, & communicato fidelibus, descēdit simul ros diuinæ gratiæ, quæ copiosior in hoc Sacramento, quam in cæteris tribuitur.

Ad hoc etiam diuinum, & viuificum manna accessuri, meminisse debent Isaiam prophetam tactum dolore cordis intrinsecus, quia Deum viderat, & quia populo erat prædicaturus, dixisse, *Vae mihi, quia vir pollutus labijs ego sum.* nec prius acquieuit, quā ab angelo mundaretur calculo, quem forcipe tulerat de altari. Quia igitur nos decet puritate nitere non solum diuinā maiestatem visuros, sed eandē quoque intra cordis hospitium recepturos? verum quidem est, quod vt perfecta in nobis munditia esse possit, ipsius altaris ig-

## Annotationes in Euangelium

ne mundari nos oportet: non enim aliunde, quam ex ipsis Christi gratia hoc ipsum accipiē dum speramus; cum timore tamen, & tremore unusquisq; accedat, sciens quod pīssimus frater noster Dominus Iesus velut alter Ioseph fratribus suis in fame, & egestate constitutis, non solū dabit saccos plenos tritici, verum etiam pecuniā reponet in ore saccorum; hoc est non solum dabit panem cœlestem, corpus suum in cibum, sed etiā gratiam, qua meritò passionis ipsius digni efficiamur, quibus hoc sanctissimum eius corpus ita communicetur, ut quisquis ex hoc pane manducauerit, vivat sicut ipse pmisit, in æternū.

Neque vero quis cum Iudicis scandalizetur dicens, quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? noluit enim Dominus huic satisfacere quæstioni, ut haberet meritū fides, quæ nullum hic posset locum habere, si quomodo id fieri posset, vel ille doceret, vel aliquis hic posset euidenter percipere. Eandē ob causam noluit Christus Dñs respōdere Nicodemo rogati quomodo posset homo iterū nasci cū sit senex? dixerat

enim Dñs, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest videre regnum Dei; roganti vero Nicodemo quomodo id fieri posset, noluit Dominus rationē assignare, sed fidē requiriens suā interpoluit auctoritatē dicens, quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur; questioni vero nihil responderet. Imō neq; beatæ Virgini de mysterio incarnationis quærenti, quomodo fieri istud, quoniam virum non cognosco, tantę fidei mysterij rationē angelus assignauit, sed tantū ait, Spiritus sanctus superueniet in te, &c. Quasi diceret. Sei q; serrá obra do Espírito Santo, mas o como se aja de fazer, nem eu o sei, nem conuem declararle por ser mysterio de fè.

Vnde Ecclesia quasi gratulabūda de fide, & charitate, qua huius diuinæ mēs fructū gustare solet, ait in Cāt. Cant. sub umbra camillius, quæ desiderauerā sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. quod si huius arboris fructus est dulcis sedenti, quanto magis putas dulciorē fore comedēti? si frigido loquor, nescit quid loquor: lingua enim amoris barbara est nō amāti. da amantē, da esuriētem, da huius Eucharistici panis dul-

dulcedinē sientē, & intelliget quid dicā. Intelligebat Aug. qui in lib. 10. confessionū suarū sic ait, *Aliquādo intromittis me Dñe in effectū quendā mutū, in usitatū introrsus, ac nescio quā dulcedinē, quae si perficiatur in me, nescio quid erit, quod ipsa vita non erit, &c.* Vnde & Bern. serm. 23. in Cāt. cōqueritur de breuitate huius dulcedinis. *dulce, inquit, cōmerciū, sed breue momentū, & rarum experimentū, &c.* Rarum dixit, quia nec sēper, nec omnibus dat, sed paucis, & valde familia-ribus, ijsq; nō equaliter, sed plus vel minus pro vniuerscuisq; dis-positione. In cuius rei figura Gen. 43. patriarcha Ioseph fratribus suis iussit mensā apponi, conuiuiūq; præparari, sed eūtq; corā eo primogenitus iuxta primo-genita sua, & minimus, iuxta etatē suā. *& mirabātur nimis suptis partibus, quas ab eo accepérāt: maiorq; pars denit Bējamin, ita ut quinq; partibus excederet. Biberūtq; & inebriati sunt cū eo.* Vbi notatu dignum est, quod maior fuit pars, quæ venit Bējamin, qui nō solū frater eius erat uterimus, sed & natu minimus; id, quod signum fuit, in mensa fratris nostri Chri-sti Iesu, humiliores corde abū-

dantiorē gratiæ copiā recep-  
ros, iuxta id, quod scriptum est  
Iacobi c. 4. *Dens superbis resistit,*  
lxxxvii  
4.  
*humilibus autē dat gratiā: nam ut*  
*notauit Gerson in 2. p. sermonis*  
*in Cœna Dñi, humilitas est quod-*  
*dā vacuū spirituale, ad quod implē-*  
*dum confluent omnia, nec implere*  
*sufficiunt, nisi Deus.*

Videte iam quam sit copiosa 15.  
gratia, quæ humilibus corde in  
hac mensa Domini, humilibus  
cōmunicatur. *in me, inquit, ma-*  
*nēt, & ego in eo. parum esse cre-*  
lxxviii  
4.  
*didit dixisse in domo eius ma-*  
*nebo, sicut Zachēo dixerat Lu-*  
*cæ 19. & fortè in figura. Hoc*,  
*inquit, in domo tua oportet me ma-*  
*nere. & ut ostenderet se humili-*  
lxxix  
4.  
*tatem requirere in eius anima,*  
*in qua esset hospitio recipien-*  
*dus, ait Zachēo, festinans descē-*  
*de (erat enim in arbore, ut inde*  
*Iesum transeuntem videret) Ie-*  
*sus autem manere cupiens, nō*  
*transire, festinās, inquit, descen-*  
*de, hoc est, descendē per humi-*  
*litatem, ut in te inhabitem per*  
*copiosam gratiæ largitatem. Fe-*  
*stinans descendē, quia ego non*  
*trāsite festino, sed manere. Vn-*  
*de fratres dilectissimi, Zachēū*  
*istum tantam apud Iesum gra-*  
*tiā inuenisse putatis, ut eum in*

## *Annotationes in Euangelium*

domo sua manentem viderit, *plum.* Hanc igitur confessionis  
quem primò transētem vide-  
re cupiebat? existimo tantam  
apud Dominum gratiam inue-  
nisse, quia *festinans descendit*, &  
Amb. ut ait Ambrosius, *errata corrigēs*  
*superioris etatis, stans ante Domi-*  
*nūm ait. Ecce dimidium bonorum*  
*meorum dō pauperibus, & si quid*  
*aliquem defraudavi reddo quadru-*  
humilitatem, & satisfaciendi vo-  
luntatem Dominus videns, ait.  
*Hodie domui huic salus facta est.*  
Festinantes ergo, & nos Iesum  
in cordis hospitio recepturi,  
descendamus peccata humili-  
ter confitentes, ut ab eodem  
Domino Iesu salutis gratiā con-  
sequamur.

---

## ANNOTATIONES IN ILLUD MATH. II.

*Ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam di-  
centes. Vbi est, qui natus est Rex Iudeorū. &c.*

I. **B**eatū Euangelista Matthæus veluti in die nobis ostendit impleta fuisse hodierna die, quæ de conuersione Gentilium, Magorumq; adoratione, sacra prædixerat Scriptura: quid enim aliud regius vates in Psalmo. 67. nobis promiserat dicens, *Venient legati ex Aegypto. &c.* Quam quod hodie ad Domini Præsepe impleium fuisse audiuimus? dixerat Propheta, *Venient; Ecce venerūt*, ait Matthæus Euangelista. Sic locū intelligit beatus Augustinus Cōmentario in eundē locū. *Aegypti, inquit, vel Ethiopicē nomine, omniū gentium fidem significauit, à parte totum, legatos appellans re-cōciliationis prædicatores: pro Chri-* AEGYPTI  
*sto enim legatione fungimur, tan-*  
*quam Deo exhortante per nos: ob-*  
*secramus pro Christo reconciliari*  
*Deo. De huiusmodi reconcilia-*  
*tione locutus est, idem Prophe-*  
*tain Psam. 71. dicens. Corā illo,*  
*procident Ethyopes. Procidēt, dixe-* D. I.  
*rat*

rat Psalmista; Euangelista verò eodem verbo vicens ait, *procidētes adorauerūt*. Audiamus adhuc eundem vatem Regium de Magorum muneribus prædicentē. Reges, inquit, Tharsis, & insula munera offerēt, Reges Arabum, & Sabbà dona aducent. Id autem hodie fuisse adimpletum, testatur Euangelista cum ait, *obtulerunt ei munera, aurum, thus, & mirram*. Lumen etiam illud, *leu*  
*ll. 10 splendor ortus Christi*, in quo Isaías cap. 60. Prophetauerat fore, ut aliquando gentes ambularent, de Stella illa visibili, quæ Magos duxit ab Oriente ad Bethleem vsq; intelligi, atque etiā de Spiritu Sancti illustratione, qua puerum Iesum per Stellam cognouerunt, iplorum testimoniō Magorum comprobari videtur quatenus aiunt. *Vidimus Stellam eius in Oriente*, & *Venimus adorare eum*; id quod Isaías ubi supra prædixerat, dicens. *Ambulabūt gentes in lumine tuo*, & *Reges in splendore ortus tuus*.

D.Th. Accedit authoritas D. Thomae 3.p. q. 36. artic. ultimo. In corpore: ubi lumen illud, in quo Reges isti, sc̄o Magi gentium primiæ, ac ambulasse fatentur, de visibili illo Stelle lumine, vel

etiam de Spiritu Sancti illuminatione, qua illostrati Magi Christum natum, quæsierunt intelligendum esse, Magosque simul cum externo Stellæ signo habuisse internum lumen, ac diuinam illustrationem, sequenti bus docuit verbis. Magi, inquit, sunt primiæ gentium in Christum credentium; in quibus apparuit, sicut in quodam præfigio fides, & deuotio gentium venientium à remotis ad Christum: & ideo sicut deuotio, & fides gentium est absq; errore per inspirationem Spiritus Sancti; ita etiam credendum est Magos à Spiritu Sancto insparatos Sapienter Christo reverentiam exhibuisse.

Idem etiam aperte docuit Leo Papa sermone. 1. de Epiphian. Dedit, inquit, aspicientibus intellectum, qui præstitū signū; & quod fecit intelligi, fecit inquiri, & se inueniendum obtulit requisitus. Et serm. 3. Magnitudinē, inquit, significationis int. Vigunt, agente hoc sine dubio in eorum cordibus inspiratione divina, ut eos tanta divisionis mysterium non lateret, & quod oculis ostendebatur in solū, animis nō esset obscurum. Idē docuit beatus Fulgentius serm. de Epiphan. Petrus Chrysolog. ser-

Leo  
Papa

Fulg.

## Annotationes in Euangelium

mone. 156. Et sequentibus de eadē solēnitate. Chrysostomus hom. 9. in Matth. Hoc igitur

**Chry-** tur sensu reges iuxta Isaiae va-  
fost. **M. 60** ticiū ambulauerunt in lumi-  
ne pueri nati, & gentes, quarū  
ipsi primitiē fuerūt, in splēdore  
ortus ciudē pueri nati, eundē  
adorauerunt: neq; enim solius  
Stellæ lumine ducti intrantes  
domū, hoc est humile illud, &  
contemptibile Præsepium, vbi  
enixa fuerat puerpera regē, in  
uenientes puerū adhuc lacten-  
tē, cum Maria matre eius, pro-  
cidentes adorarēt, nisi alterius  
luminis illustratione traheren-  
tur, & captiuantes intellectū in  
obsequiū fidei, crederent par-  
vulū illū in præsepio iacētem,  
vnigenitum esse Dei filium de  
sinu Patris pro humani gene-  
ris salute in Virginis uterum  
descendentem.

**Matth:** Cæterum, de more solito,  
in Magorum ab Oriente aduē-  
tu aliqua iam ad morū compo-  
sitionē adnotemus. Primō no-  
**3.** tandū est ex Euthymio, quod  
sicut Magi, nisi longē à propria  
terra recessissent, Christū na-  
tum non vidissent: ita nos non  
possimus Deum videre, nisi  
longē à terrenis affectibus re-

cedamus. Dimitte, & ta Regē  
infidias parātem, ac turbatam  
ciuitatem: infidiantem dico  
mūdi rectorem, tumultūq; ci-  
uitatis, & ad Christū festina: si-  
ue enim Magus fueris curiosa  
sectatus, sive Pastor simplex,  
nihil id tibi obsuerit, modo tali  
visione te ipsum dignū reddēs  
ad ipsum veniā adorādum, &  
non ad in honorandū: Chri-  
stum siquidem in honorat, qui  
illum indignè recipit.

Diuus etiam Ambrosius li-  
bro de Isac, & anima, egrediē-  
dum nobis esse ait de terrenis  
cupiditatibus, rebusque mun-  
danis tanquam à patria nostra,  
vt Deum quærere, & inueni-  
re possimus; idque nobis alle-  
goriē indicari in illis verbis cist  
Canticorum capite 3. Egredi-  
mini filiæ Hierusalem, & videte  
Regem Salomonem indiademate,  
quo coronauit eum mater eius, in  
die solemnitatis, & letitiae, quasi  
diceret. egrediēdum vobis est  
de opinionibus, & cupiditati-  
bus vestris, terrenisque desi-  
derijs, quæ militant aduersus  
animam, vt videre possitis ve-  
rum Regem, & Dominum Ie-  
sum Christum in decore suo.

Hac eadem allegoria vtitur  
Philo

Philus Iudæus in libro legis allegoriarum, pag. 61. Exponens verba illa Exodi 33. *Omnis populus, qui habebat aliquam quæstionem egrediebatur ad tabernaculum fæderis extra castra. Et enim, inquit, omnis quærens Deum egrediebatur. Egregie dixit Moïses omnis quærens Deum egrediebatur: nam si queris Deum ò anima, à te ipsa egressa illum quære: donec enim manes in mollibus corporis, non es apta ad quærandas res diuinæ; quanto ergo minus ad inueniendas?* Eodem sensu dicitur in Psalmo 44. *Audi filia, & vide. Obluiscere populum tuum, & domum Patrii tui, & concupiscet rex decorem tuum. Hoc est, consilium meum accipe ò filia, & sponsa mea charissima. obliuiscere solum tuum natale, id est, omnia delectabilia, quibus antea fruebaris, & sic fiet, ut sponsus cœlestis videns, quod omnia eius amorem reliqueris, te etiam summopere diligat, ac decorem tuum concupiscat.*

Fauet etiam huic allegoriae illud Genes. 12. Ad Abraham, *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & ceteris. Hoc enim ideo Deus seruo suo Abra-*

ham præcepisse credendus est, quia, vt ait Bernardus, pereclatur castitas in delitijs, humilitas in diuitijs, charitas in hoc mundo. *Vt in am ergo,* ait idem Bernardus saperes, & intelligeres, ac nouissima prouideres. Saperes, quæ Dei sunt; intelligeres quæ mundi sunt, prævideres, quæ inferni sunt: profecto infernū horreres, superna appeteres, & quæ ad manus sunt cunctēres. Idē Bern. in epistola 102. Inter cætera sic habet. *Abrahæ præcipitur exire de terra & de cognitione sua, ut vide, & possidere mereretur terrā inuentiū. Iacob relicto patre, & patria Iordanē transit in baculo, & excipitur Rachelis amplexib⁹. Ioseph dominatur Aegypto mercatione furtiu apatrii sublatuſ: Puer Iesus inter cognatos, & notos à parentibus quæritur, nec tamen inuenitur. Fuge fratres tuos & tu, si tham vis inuenire salutem.*

Secundò, notandum est, quanta fuerit in Christo nato potētia & vis iam tūc ab incunabulis, in attrahēdis gentium populis ad salutem: cum enim adhuc esset in gremio Virginis in Præsepio, nec dum sciret vocare Patrem, & matrem, in Magorū mirabili adoratione abstulit for-

## Annotationes in Euangelium

fortitudinem Damasci, & spolia  
Samariorum coram rege Assyriorum  
Iust. 4. iuxta vaticinium Isaiae cap. 7.

quemadmodum interpretatur  
Tertullianus in libro aduersus

Tert. Iudeos cum sic ait. Spolia Samariæ accepit ipsos Magos; qui cum illum cognouissent, & muneribus honorassent, & genu posito adorassent, quasi Dominum regem sub testimonio indicis, stellæ spolia sunt facti Samariæ, id est, idololatriæ, credentes in Christo: idololatriam enim Samariæ nomine notauit. Aduersus autem regem Assyriorum, hoc est aduersus diabolum, qui ad hoc se regnare putat, si sanctos à religione Dei deturbarat.

Iustin. Eandem Isaiae prophetiam eodem ferè modo exponit, & intelligit Iustinus martyr in dialogo cum Triphone aduersus Iudeos, qui tamen per regem Assyriorum Herodem intelligit. Antequam, inquit, possit puer patrem, & matrem appellare, Damasci potentiam, Samariæque spolia capiet: simul namq; atque Christus natus est, Magi ab Arabia venerunt, cumque adorauerunt cū venissent ad Herodem, quem Propheta regem Assyriorum appellat.

5. Arma vero, & copia, quibus puer Iesus hanc abstulit Damas-

ci fortitudinem, & spolia Samariæ, admirabilem fuisse Christi nati pulchritudinem, eximiāq; eiusdem pueri naturæ lenitatem, & mansuetudinem, docuit Tertullianus libro contra Iudeos cap. 9. vbi postquam illam spoliorum detractionem, de Magonum ad Christum adorandum, ex orientibus partibus aduentu explicasset, exponens paulò post quibusnam pugnauerit armis, subiungit. Adinabitur hæc nostra interpretatio dum & alibi bellatorem Christum scripture denuntiant ob armorum quorundam vocabula, sed ex reliquo sensuum comparatione conuincetur Iudei: accingere, inquit, ensem superfermur. Sed quid supra legis de Christo? speciosus forma præ filiis hominū: diffusa est gratia in labijs tuis. Valde autem absurdum est, si quem ad bellum ense cingebat, ei de tempestatuitate, & labiorum gratia blandiebatur, de quo subiunges dicebat, intende prospere, procede, & regna; & adiecit; propter mansuetudinem, & iustitiam tuam; quis enim ense accingitur, & non contraria lenitati, & iustitiae exercet? id est dolum, asperitatem, & in iustitiam, propria scilicet negotia præliorū?

Hæc Tertullianus.

Neque

Neq; verō prætereundum est, quod idem Tertulianus pro eo, quod nos habemus, *speciosus formā*, legit *tempestiuus decorē*: vere enim tēpestiu<sup>9</sup> decorē fuit Christus, qui vel in ipsa infan-  
tia tantam præstulit pulchri-  
tudinem, ut Reges Orientales  
ad se adorandum pertraxerit.  
Quare merito hæc ipsius pul-  
chritudo gladius dicitur, quo  
cū cingitur non tantum potēs,  
sed potentissimus appellatur.  
*Accingere, inquit, gladio tuo potē-*  
*tissime;* Similique emphasi idem  
decor, & pulchritudo dicitur  
eius fortitudo in Psalmo 92. *Do-*  
*minus, inquit, regnauit decorē in-*  
*ductus est, induitus est Dominus for-*  
*titudinem, & præcinxit se.* Vbi id  
quod dicitur. *indutus est Domi-*  
*nus fortitudinem, repetitio est, &*  
*explicatio eius, quod præcesse-*  
*rat, decorē induitus est;* vt idem  
sit induitum fuisse Messiam de-  
corē, atque armatum fuisse for-  
titudine. Itaque vides eius ar-  
ma, quibus in Aciem descendit  
armatus, quibus pugnat, quibus  
ipolia diripit, nulla alia esse quā  
ipius decorē, & pulchritudi-  
nē, qua mortaliū corda, vel ipso  
spectu, fortissime simul, ac sua-  
uissime superat, sibiq; deuincit.

Quare non incongruē locū  
illum Ecclesiastici 43. *Vide arcū,*  
*& benedic eum, qui fecit illū, Val-*  
*de speciosus est in decore suo, de*  
*Christo intellige, cuius arcus*  
*duo cornua, duæ sunt naturæ,*  
*corda verò, earum vniō; sunt*  
*autē huiusmodi cornua ad ter-*  
*ram conuersa in signum pacis,*  
*& fœderis cū hominibus iux-*  
*ta illud Genes. 9. Arcum meūm*  
*ponam in nubibus cœli, & erit sig-*  
*num fœderi. &c. Vnde per ar-*  
*cum Dei in nubibus, Verbum*  
*divinum in humanitate intelli-*  
*ges, iuxta illud Isaïæ 19. Ecce Do- Isai.*  
*-minus ascendet super nubem leuē:*  
*quo loco per nubem, leuem, hu-*  
*manitatem verbo vnitam intel-*  
*lexerunt D. August. tract. 34. in*  
*Ioannem. Eusebius Cæsarien-*  
*sis lib. 1. demonstrationis Euāg.*  
*cap. 4. Chrysostomus homil. 2,*  
*ex varijs in Matth. & alij. dici-*  
*turq; humanitas Christi nubes*  
*leuis, quia peccati onere omni-*  
*no caruit; quare, & nubes cœli*  
*non immerito appellatur; in ô,*  
*& homo cœlestis, quemadmo-*  
*dum appellavit Paulus. 1. Cor. 1. Co*  
*15. Secundus homo de cœlo cœle-*  
*stis. Ad hoc igitur arcū sagittæ*  
*emissæ non aliæ cuam amoris*  
*fuerunt, à quibus nimis se vul-*  
*nerata m*

## Annotationes in Euangelium

**Cant.** **v.** nerata m̄lētatur Ecclesia Canticorum, capite 12. Cum sic ait. *Fulcite me floribus stipate me malis, quia amore languo; Pro quo septuaginta transtulerunt, quia vulnerata amore ego sum.* Hunc igitur Arcum iubemus respicere, hoc est Christum natum ante oculos semper habere, & Deum Patrem benedicere, quia illum nobis dedit ad eō speciosum in splendore ortus sui, ut Magi Orientali patria, regnisque relictis, eius pulchritudine capti, sagittisque amoris eius vulnerati, Hierosolymam intrepidè venientes dixerunt, *Vbi est, qui natus est Rex Iudeorum?* &c,

### 7. *Vbi est, qui natus est Rex Iudeorum.*

**T. Co.** **13.** Neque verò mirum videatur, quod regnante Herode, venientes Magi Regem Christum appellare non timuerunt: Cuius enim trahebantur amore, eius firmabantur, & fide. Vbi primò notandum est quanta sit Christianæ fidei constantia, & in superabilis fortitudo. Est quidem fides speculum iuxta illud Pauli. 1. ad Corinth. 13. *Videmus nunc per*

speculum in ænigmate. Neque tam huiusmodi speculum virtutum est, sed æneum: non fragile, sed adeò forte, ut omnibus bellicis tormentis percussum, robusto in pectore frangi nequeat. Quid illa fortius, quam in martyribus, nec flamma, nec gladius, nec ferarum immanitas, nec tortorum crudelitas, nec denique cruciatus omnes superare potuerūt? Vnde de iure optimo Ecclesia noua ab Apostolo prima ad Thymothæum tertio. Apellatur, *Col. 2. Thym. 3. firmamentum veritatis.* Et Augustin. in Psalm. 113. *Nuntabit, inquit, Ecclesia, si nutaverit fundamentum, quod est Christus;* sed unde nutabit Christus? Et Cantic. capit. 3. de eiusdem fidei firmitate allegorice dicitur, *En lectulum Salomonis sexagesima fortes ambiunt. &c.* Ut nobis insinuetur, Ecclesiæ fidem esse inviolabilem, ut pote, quæ diuina custodia, & armatura semper muniatur; id, quod ipse met Christus Apostolo Petro, Matthæi cap. 16. aperte promisit illis verbis, *Portæ inferi non prævalebunt aduersus eam.* In hoc ergo inviolabili fidei speculo, Magi, verbi incarnationem inven-

tuentes, Regem Iudeorū Christum natum inquirebant dicentes, *Vbi est, qui natus est Rex Iudeorum*, Herodē regem, eiusq; potentiam pro nihilo facientes.

*Chry.* Secundo notandū est ex Petro Chrysologo Magos Hierosolymam intrepida interrogatione ingredientes, Iudeorum merito arguisse perfidiam, & cæxitatē, quippe quilegis doctores, & prophetiam habentes, Christum natū in proprio Regno ignorabant, quem Magi in alieno inuenire potuerūt. Dicētes, inquit, *Vbi est, qui natus est Rex Iudeorum*, non interrogant, sed insultant, negligentes arguunt, desides increpant, malos produnt, consumaces verberant. *&c.* Laurentius etiam Iustinianus sermone de Epiphania ex Magorū fide sic nostram arguit animi tepiditatem, & negligentiam. *Clamat contra nos istorum fides Magorū: illi absentem quæsierunt, nos præsentē contēnimus; hominē super Israel regnaturū agnoscere, & adorare voluerunt; nos autē præfidentē in cælo, & in terra, nec aspicere, nec illi famulari dignamur.* Resipiscite o mortales, reddite prævaricatores ad cor. Currite affectu non corpore, doris non pedibus, ut

Regem vestrum in Præsepio inuenientis Christum. *&c.* Quibus verbis, & exhortatione aperte docet exemplo Magorum Christū querentium, simulque exemplo Christi in eodē statim, quo natus est die, Magos stella, duce ad Præsepium trahentis, nullā peccatori esse moram interponendam in salute querenda. Nō tanda sunt Magorum verba. *vidimus Stellam eius, & vénimus.* Hoc est, cum primū Stellam vidim⁹, statim, nullaq; mora interposita vénimus. Id quod etiam videtur voluisse Matthæus cū dixit. *Ecce Magi ab Oriente tenebuntur.* Cum natus eslet Iesus, Ecce Magi venerunt, hoc est, ubi primum natum Dñm ex stelle apparitione, & Spiritus Sancti illustratione cognoverūt, ne pūctū quidē tēporis sibi cūctādū esse putauerūt, quin poti⁹ sūptis muneribus, auro, thure, & mirra, Hierosolymam venerunt dicētes, *Vbi est, qui natus est Rex Iudeorū: vidimus enim Stellā eius in Oriente, & vénimus cum munib⁹ adorare eum.*

Pto huiusverò adnotationis maiori intelligentia aduentendū est particulam, Ecce, facti semper breuitatem insinuare, & in divinis

## Annotationes in Euangelium

diuinis literis, & humanis. Cōstat ex Gen. c. 24. Vbi dicente seruo Abraham, igitur puella cui dixero inclina hydriam, &c. Ipsa est quam p̄parasti sc̄rus tuo Isac; nec dum verba compleuerat, & Virg. Ecce Rebecca egrediebatur. &c. Eglo. Concinit etiam illud Poetæ, audiath̄c aliquis, vel, qui venit Ecce Palemon. Hoc igitur sensu accipienda est hoc loco particula, Ecce, apud Matthæum; neque parui facienda est huiusmodi adnotatio aduersus eos, qui putauerunt Magos post duos annos à Christi Natiuitate eundē adoraturos Hierosolymam venisse: rei namque veritas est, tredecim diebus post Christū natum Hierosolymam intrasse Magos, & in eodē die ab Herode missos fuisse in Betlehē, vbi, sicut ait Matthæus Euangelista, inuenierunt puerum cū Maria matre eius, quem apertis thesauris suis procidētes adorauerūt.

In hac verò Magorum festinatione, ut iam ad rem veniamus, iam vides, quam sit nobis eorum exemplo, in animę salute querenda festinandum, ne forte si morām faciamus, in peccati pœnam; aliquando spatium pœnitentię querentes inuenire

non possimus: Periculum enim, & metus est, vt ait Chrysostomus, in differendo, salus autem certa, & secura, si nullasit dilatio: non dicas, inquit, erit aliquando tempus quando conuerti licebit: verba enim hæc Deum valde exasperant: Siste iam gradum, & confitere Deo gratiam, quod non in medijs peccatis te abstulit. Ne que re aliud priuilegiū ut male opereris. Sed multis, inquis, dedit Deus priuilegium, ut in ultima senecta conficerentur. Quid igitur? num quid, & tibi dabitur? fortasse dabitur, inquis: cur dicis fortasse? de contrario cogita, & dic, quid autē si non detur? quid autem si detur, inquis; dat quidem ipse; hoc autē illo certius, & utilius. Hæc Chrysostomus. Nos verò iam ad ea, quæ sequuntur explicanda, simulq; in illis de more ad morum compositionem aliqua adnotanda transeat.

Turbatus est Herodes, & omnis Hierosolyma.

**S**Iicut cacumen arborum in excelso positarum, etiam si leuis aura flauerit mouetur, sic & sublimes homines in culmine dignitatum existentes, etiam leuis nuntij fama conturbat: humiles

miles autem sicut in conualle plerumque in tranquillitate cōstant. Vnde Diuus Bernardus de hac Herodis turbatione loquens sic ait. *Herodes audito nomine regis (nec mirum) successore suspicatus expauit: semper enim, ut notauit auctor operis imperfeci, grandis potestas, maiori timori subiecta est; E o primeyro algos que tem as altas dignidades, he o medo de as perder.*

Notauit etiam Leo Papa nō tam Herodem turbatum fuisse, quam diabolum in Herode. Imò non tantum Herodes à se metipso turbabatur, quantum diabolus in Herode. Ille enim timebat, quod verè sciebat: hic autem quod suspicabatur. Herodes hominem estimabat reg naturum, diabolus verò Deum suspicabatur, à quo se foras ei ciendum sciebat: audierat enim iam angelos in aere clamantes, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus; ideo quanto magis testes addebat pro Christo, tanto magis destru tionem potestatis suæ diabolus timebat. Vnusquisque ergo eorum zelo proprio turbabatur, & secundum suam naturā sui regni successorem timebat.

Herodes terrenum, diabolus cœlestem. Nam nec Herodes terretur si cœlestem regem nasci suspicatus fuisset, nec diabolus si terrenum. Denique turbatus est diabolus in Herode, turbatus Herodes à diabolo, turbata omnis Hierosolyma cū eo, nimirum à diabolo cum Herode. *Videte, inquit Bernardus, quanum noceat iniqua potestas. Quo medo caput impium subditos quoquè suæ conformat impietati.*

Rectè quidem Bernardus: ideo namque Zachariæ cap. 6. quatuor mudi imperia quatuor Zachar. quadrigis exprimuntur, quia "nimirum reges sunt veluti aurigæ, qui suorum regnum habenas, vel ad salutem, vel ad perniciem moderantur. Beatus etiam Hieronymus in cōmentarijs super Abacuch in illud capit. tertij, fluios scindes terræ, existimat co loco reges ad literam fluuios nominari, ut sit sensus. Reges terræ aduersus populum tuum dimicantes, diuides, atque disperdes. Ratio verò ea est, quæ fluuij terras, quas abluunt, aut opportunis irrigationibus fæcundant, aut intempestiis inundationibus euertunt.

## Annotationes in Euangelium

Quam ob causam in sacris lite-  
ris, regionum fælicitas, aut in-  
fælicitas, ad regum bonitatem,  
aut malitiam refertur; ut Eccle-  
siastici 10.

**Eccles.** 10. *Væ tibi terra cuius rex  
puer est, & cuius principes manè  
comedunt. Id est, gulæ, & luxui  
vacant Beata terra, cuius rex no-  
bilis est, & cuius principes vescū-  
tur in tempore suo, ad reficiendum,  
& non ad luxuriandum.* & Sap.  
**Sap. 6** cap. 6. *Rex sapiens stabilimentum  
populi est. Cum igitur Christus  
Saluator noster ijs nasceretur  
temporibus, cum in Iudea non  
sapiens aliquis, sed hypocrita  
regnaret Herodes propter pec-  
cata populi, ita nato Domino  
turbatus est, ut non solum in  
suam, sed in populi quoque fie-  
ret perniciem manifestam: cum  
enim insipienter turbaretur, prin-  
cipes etiam ciuitatis, & scribæ,  
quos Euangelista totam appellauit  
Hierosolymam, simul insi-  
pientes facti sunt, se se tyran-  
nicæ conformantes impietati,  
Herodisque sauitiam compre-  
bantes.*

**Matt.** 2. *Hæc verò scribarum in Chri-  
stum sauitiam, & impietatem,  
ut evidentius ostendam, notā-  
dum est ex Matthæo Euangeli-  
sta cap. 2, quod defuncto Hero-*

*de, Angelus Domini apparuit in  
sommis Ioseph in Aegypto dicēns,  
Accipe puerum, & matrem eius,  
& vade in terram Iuda: mortui sūt  
enim, qui quarebant animam eius;  
ex quibus verbis infert beatus  
Hieronymus Iudæorum quoq;  
principes, & scribas populi ia  
Christi necem, & infantium in-  
teritum cōspirasse: neque enim  
de solo Herode Euangelista di-  
ceret, mortui sunt, qui quarebant  
animam pueri, sed satis fuisse di-  
cere Herodes mortuus est. Ve-  
rum tum principes populi, tum  
etiam tyrannus ipse, ex eo insi-  
pienter egisse comprobantur,  
quod cū Propheta dixisset Chri-  
stum in Betlehē natum, regna-  
turum esse super Israel, prophe-  
tiæ veritatem, infantium nece  
impediri posse putauerunt. Nō  
aliter Ioseph fratres, Ecce, in-  
quiunt, somniator venit, Venite Gen.  
occidamus eū, & videamus si pro- 37.  
sint illi somnia sua. O vere stulti,  
insipientes, & cæci. Vel id, quod  
Ioseph vobis narravit somnium  
esse creditis, vel prophetiam; si  
sommium nihil est, quod timere  
debeat, nihil quod innocentē  
fratré occidere tentetis: si vero  
prophetiam, quæ tanta insania  
vobis, ut eius infallibilem veri-  
tatem*

tatem impediri fratris nece, vel aliquo alio modo euacuari posse putetis?

Vidistis tum Herodis, tum Iudeorum principum insipientiam in nece puerorum; accipite & perturbationis ipsorum aliā ex Petro Chrysologo serm. 3.

<sup>Chry  
olog.</sup> de Epiphania non contemnendā rationē. Hierosyoma, inquit, varia se contaminatione perfuderat; sacerdotes prophanauerāt sancta, & peccata vendētes, in quæstū veniā, pietatēq; conuerterāt. Scriba doctrinā cœlestē, scientiā salutare, vitale magisterium in suum sensū, in perfidiae lapsū, in lethale vaniloquiu commutarāt. Hinc est quod Christū nolunt nasci; nuerūt, quia non erāt se mox ignominie dādos, trahēdos opprobrijs, ejiciendos tēplo, priuandos sacerdotio, oblationū munere acuādos: quia enim de correctione nil cogitare poterāt, nil de venia sperabāt. Bonus villicus quādo copiosū frumentū continuo labore conquirit, venire Dñm ad lucrum suum cupit, suum concupiscit ad gandum. Diligens operarius quādo opus suscepit laboris impleuerit, ut mercedem percipiāt, patrem familias desiderat inducere. Devotus miles post conflictum, post victoriam, præsentiā

regis optat, ut premijs sudores, & vulnera remuneratione compēset. Sic ad palmam suam cupit venire Christum, quibella mudi indefessa virtute prosternit; sic Christū venire non vult, qui superatus illecebris sæculi, de pœna trepidat, de venia nil præsumit. Hæc ille.

Nouerant principes Iudeorum scriptum esse apud Isaiam cap. 11. de Rege, quem Magi inquirebant, non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet; sed iudicabit iniustitia pauperes, <sup>Isaias 11.</sup> & arguet in equitate pro mansuetis terra: & percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Quibus verbis Isaias prædixerat Messiam regem iudicaturūm portentes, & principes non profastu, & gloria, sicut à regibus terræ, ut plurimum fieri solet, cum principes, & opulentos etiam coopertos omni flagitio, omni honore prosequuntur; neque lupos hoc est hypocritas esse iudicandos in ouina pelle, qua sæpè numero conteguntur, ne à terrenis potestatibus arguantur; sed forent rex Messias percuteret terrā virga oris sui, hoc est, obiurgaret verbis

## Annotationes in Euangelium

grauissimis eos, qui terrena se-  
querentur: & spiritu labiorum  
suorum interficeret impios, pel-  
lens eorum vitia, & prauos mo-  
res: sic enim iuxta expositionē  
Diui Hieronymi impij interficiuntur. Cum igitur Hierosolymæ  
principes hæc omnia sci-  
rent, non poterant non cum  
Herode turbari, timentes, ut ait  
**Cassianus**, principis cœlestis reg-  
num, quo regulariter, & ad insti-  
tiam cogerentur, non in ea perni-  
tiosa libertate, qua impuniti mores  
liberi vagabantur. Lex in obser-  
uatione viluerat, in ualuerat au-  
arui, idololatria, & iniustitia, ho-  
micide, furtum, & rapina, &  
omnis violatio bonitatis, & ini-  
quitas tyrannidis increuerat. &  
quoniam amabant malam, &  
terrenam, perfundoriamque pa-  
cem, regem ex cælo signatum in  
animo perhorabant. Hæc Cassia-  
nus.

Cæterum hæc eadem Iu-  
dæorum impietas, proh dolor,  
in multis hodie reperitur, qui  
Christiano censentur nomine,  
& cum sint omni vitiorum ge-  
nere inquinati, diaboli tyran-  
nidem pati malunt, quam Chri-  
sti iugo subiici suauissimo, se-  
mei ipsos abnegantes, hoc est,

impietatem, & sacerdotalia desi-  
deria deserentes, beatamque  
spem, iuxta verbum Apostoli  
expectantes. Id autem non ali-  
undé oritur, nisi ex quadam  
mentis cæcitate, & caligine,  
qua peccatorum mentes, dia-  
bolo operante, involvuntur. Un-  
de de eodem diabolo hæc in  
hominibus operante, Grego-  
rius libro 33. Moralium inter-  
pretatur illud Iob. capite 41.  
de naribus eius procedit fumus si-  
cut olla succensa, atque feruentis:  
halitus eius prunas ardere facit, &  
flamma de ore eius egreditur. Vbi  
Gregorius. Flatu, inquit, narium  
caliginem emitit, quia in repro-  
borum cordibus insidiarum suarum  
aspirationibus, ex amore vita tem-  
poralis estum congerit multipli-  
cium cogitationum, & velut fumi  
globos multiplicat, quia inanissi-  
mas presentis vita curas in terre-  
norum hominum mente coacerunt;  
quem fumum patebatur Propheta  
cum dixit, cor meum conturba-  
tum est: dereliquit me virtus mea,  
& lumen oculorum meorum, &  
ipsum non est mecum. Psalm. 6. Fn.  
mus quippe iste obrundit acie cor-  
dis, quis caliginis sue nubilo ser-  
nitatem animæ quietis turbat. Hæc  
Gregorius.

Neque

Neque tamen prætereundū fluxā carnis scandala fit ex lebete est id, quod sequitur, nimirum, Halitus eius prunas ardere facit: quia, ut exponit idem Gregorius, dæmon quasi sufflator iniuste suggestionis afflatu, iniquorū mentes igne prunas desiderij inflammat, iuxta illud Isaie. 54. ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum. Quo loco duo se se offerrant notanda; unū est non fuisse dictum sufflātem prunas, sed sufflantem in igne prunas; quia dæmon eō præcipue spectat, ut hominem iam à sua concupiscētia igoitūm, & in eo potissimū vitio, ad quod natura est proclivis, suggestionis suæ flatu magis inflammet. Alterum notandum est, verbis illis, quæ sequuntur, nimirum proferentem vas in opus suum, indicari huiusmodi fabrum nihil aliud proferre de officina malæ voluntatis, nisi lebetes, id est peccatores scelerū fæditate nigerrimos, aptos ad opus suum, hoc est vilia peccādi ministeria, quos tamen Deus sua gratia sèpè cōuertit in phialas aureas, iuxta illud Zachariæ vltimo. Erunt lebetes quasi phialæ. Id, quod de Maria Magdalena canit Ecclesia cum ait. Post

Greg.

phialæ, de vase contumelie, in vas translatæ gloria, &c. Igitur, ut ad turbationē Herodis veniamus, eius causa fuit fumus ille procedens de naribus diaboli, sicut ollæ succensæ, arque feruentis, iuxta predictam Gregorij expositiōnem.

Ne vero Christi fideles in huiusmodi incident cæcitatem, monentem audiamus Apostolum ad Rom. 8. Non ergo, inquit, regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentijs eius. Quæ verba exponens D. Hieronymus ait. In corpore mortali vivite ut immortales. quo modo autem peccatum regnet in corpore, exposuit Apostolus subdens. ut obediatis concupiscentijs eius. Hoc est per obediētiā, & consensum. & beatus Gregorius expendit verbum illud, regnet; non dixit, inquit, non sit, sed non regnet, quia non esse, non potest, non regnare autem in cordibus bonorum, potest. Quo etiam modo idem verbum interpretatus est beatus Anselmus. Iuxta hanc autem expositionem, ut notauit D. Thomas, per peccatum fomes peccati intelligendus est; qui quidem fomes in ho

Hier.

Greg.

Diuus Tho.

## *Annotationes in Euangeliū*

mine non esse non potest, non regnare autem in eodem optime potest. Quid etiam sit peccatum in nobis regnare, exposuit Apostolus cum subiunxit; sed nequè exhibeat is membra vestra arma iniquitatis peccato: membra enim nostra arma vocavit, quia illis vel sub iustitiæ, vel sub peccati vexillis militamus. Quare, qui membris ad peccatum aburitur, subditū se peccati confitetur, siquidem arma sumit pro sui principis, hoc est peccati, cui seruit, defensione. Quo sensu dixit Christus Ioannis cap. 8. *Omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati.* Quo etiam spectare videtur illud ad Rom. 7. *Ego autem carnalis sum denundatus sub peccato.* Vbi Apostolus sub infirmorum loquitur persona, aitque se peccati seruum effectum.

Eleganter autem obseruauit <sup>13.</sup> Theodoretus, regnū eō differre à tyrannide, quod tyrannis existat in uitis subditis, regnum autem volentibus illis, quibus imperator: quare suaderi à D. Paulo citato loco ad Romanos capite octavo, ne potestati, & imperio peccati vltro nos subjiciamus, hoc est, ne vlo modo

peccato assentiamur: quare non dixit Apostolus, ne tyrannidem in vos exerceat peccatum, sed ne regnet: indignum enim est ali quem vltro se peccato subijcere.

Prædictam igitur peccati servitutem, diaboliq; tyrannidem ne amplius orientales reges patentur, regē Christum adoraturi, Herode rege, totaque Hierosolyma turbata, quæsierunt, scientes quod gentibus datum esset, & natus, ut eās grauissimo seruitutis iugo, quo omniū colla deprimebantur, liberaret; id, quod Esaias cap. 9. prædixerat sequentibus verbis. *Iugum oneris eius, & virgam humeris eius, & sceptrum exactoris eius superasti sicut in die Madiā.* Quo loco sermo est de Senacherib rege Assyriorum, qui iniusta tributa ab hebræis exigebat, quem tamen Deus fregit, vt refertur 4. Regum. 19. Verum Diaus Hieronymus locum interpretatur de Christi victoria in hunc modum. *Tu Domine Saluator iugum oneris eius, hoc est diaboli, qui grauissimo seruitutis iugo omnium colla deprimebat; & virgam, qua percutiebat universos, & peccata sibi quisitrix;*

Ioan.  
8.

Rom.  
7.

Theo  
dor.

13.

si tributum reddere compellebat, detraxisti de humeris eorum, & tibi liberatos seruire fecisti absque ullo exercitu, & absque sanguinis effusione, sicut quondam sub Gedeone populo Israelitico de Madianitis victoriam prebueristi.

In quem locum obseruandum est primò dæmonem appellati exactorem, id est, exigentem tributa, tum, ut notauit Diuus Hieronymus, quia peccata quasi quoddam tributum reddere compellit; tum quia post peccatum susceptum, debitas exigit poenas, & in hac vita, & in alia apud inferos; quo sit ut omnis peccator sit diaboli tributarius duplex ei soluens tributum: & peccatum, & peccati supplicia.

Secundo notandum est dialbolum iugum habere, quo premit, virgam, qua percutit, sceptrum, quo tyrannice seruis suis dominatur. Quamobrem peccator dæmoni arat, & serit, cū iugum cius peccando admittit: seruitutem patitur grauissimā cum virga percutitur; sub eius vexillo militat cum sceptrum eius recognoscit. E contrario autem Christus Dominus iugum habet, sed suave, & leue,

ut dicitur Matthæ. capite vndecimo. virgam, qua consolatur, ut habes in Psalmo vigesimo secundo. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Sceptrum verò eius, plenum est mansuetudine, & clementia, iuxta illud Psalmi quadragesimi quarti. Spe ps. 44 cie tua, & pulchritudine tua, intende prospere, procede, & regns; propter veritatem, & mansuetudinem, &c.

Hanc igitur Dei mansuetudinem præsentientes hitres Magi divino iam spiritu afflati, ab Herode impi in Bethlehem missi, sequentes stellam, quæ antecessit eos usque dum veniens staret supra ubi erat puer, intrantes domum inuenierunt Iesum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt.

Bernardus sermone secundo de Epiphania, trium regum adorationem admiratus, sic adorantes, procidentesque alloquitur reges. Vbi est, inquit, ô Magi purpura Regis huius? si Rex est, diadema eius ubi est? sed vos cum vere videtis in diademate, quo coronauit eum Mater sua; & in sacco mortalitatis, de quo resurgens ait, concidisti saccum meū, & circundedisti me lætitia, &c.

## Annotationes in Euangelium

Vgo verò de Sancto Victore locum illum Cant. Quem tetigit beatus Bernardus ita eleganter, & ingeniosè cōmentatur. Ereditimini, & videte in eo, quod mater dedit; ingredimi autem, & videte in eo, quod pater dedit: quod enim mater dedit foris est, quod pater dedit intus est. Mater dedit infirmitatem, pater maiestatem; mater substantiam carnis, pater consortium deitatis. Mater dedit in quo vicit, pater in quo regnauit. Mater dedit in quo vicit coronatur, pater

in quo regnatur. &c. Quāuis igitur reges in puerū Iesū nihil viderint præter id, quod mater eius Maria Virgo dederat, videlicet substantiam carnis; tamen ingredientes fidei oculis videre meruerunt, id, quod à Patre acceperat, nempe substantiam deitatis; unde, & procidentes adorauerunt Dei unigenitum, qui cum Patre, & Spiritu Sancto regnat in sæcula sæculorum.

Pro beato Sebastiano martyre.

## ANNOTATIONES IN EVANGELIVM Lucæ cap. 6.

Descēdens Iesus de monte stetit in loco campestri, & turba discipulorum, & multitudo copiosa.

Matt.  
5.

I.

**E**gimus apud Matthæum cap. 5. quod videns Iesus turbas ascendit in montem; Lucasverò hoc loco ait; descendens Iesus de monte stetit in loco

campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis conuenierant, ut sanarentur a longib[us] suis. Vbi beatus Ambrosius sic ait. Aduerte omnia diligenter, quomodo, & cum Apostolis ascen-

ascendat, & descendat ad turbas. Quomodo enim turba nisi in humili Christū videret? non sequitur ad excelsa, non ascendit ad sublimia. Denique ubi descendit inuenit infirmos: in excelsis enim infirmi esse non possunt: Sic Matthæus docet in inferiorib⁹ debiles esse sanatos: prius enim unusquisque sanatus est, ut paulatim virtutibus procedentibus ascendere possit ad montem; & ideo numquemq; in inferioribus sanat; hoc est à latitudine renocat, iniuriam cætitatis auertit, ad vulnera nostra descēdit, ut Ihsu quodam, & copia sue naturæ, comparticipes nos faciat esse Regnicoœstis. Hæc Ambrosius.

Nos autē in saluatoris descēsū cum discipulis ad turbas, Ecclesiæ Doctoris officiū erga populum obseruemus. Ideo nāq; Dominus prius eos docuit in summitate montis, sicut Matthæus docet, deinde cū eisdē turbam curaturus descendit, vt ostenderet eos, quibus alios docendi munus incumbit, opertere prius orationē feruenti ad Deum ascendere, ut alijs possit indigentibus doctrinæ verbom congruē, & utiliter subministrare. Id, quod exemplo suo Christus docuit, vt expendit

Gregor. libro sexto Moral. cap. 16. Ad illa verba Job capite. 5. Ingredieris in abundans sepulchrum. Vbi sic ait, Hinc est, quod humani generis redemptor per diē miracula in urbibus exhibet, & ad orationis studium in monte per noctem, ut perfectis videlicet prædictoribus innuat, quatenus, nec actiūam vitam amore speculationis defranciant, nec contemplationis gaudis operationis nimilitate contemnant; sed quieti contemplantes, sorbeant, quod occupati erga proximos loquētes refundant.

Docet idem eleganter, subtiliterque beatus Bernardus sermon. 18. in Cantic. Vbi ostendit concionatorem prius sibi debere, quam alijs doctrinam infundere, ducitque similitudinem à concha, quę prius impletur, quā in alios redundet. Si sapis, inquit, concham te exhibe non canalem; hic enim pene simul, & recipit, & refundit: illa vero docet impetratur expectat, & sc̄ quod superabundat, sine suu danno communicat; & ne meum consilium contēpiibile ducas, audi sapiētiorem me, Proverb. 29. Stultus, in 29. quit, profert icum spiritum suum: sapiens reseruat in posterum. Verum canales multos hodie habemus

Greg.

Bern.

Prou.

## Annotationes in Euangelium

mus in Ecclesia: conchas verò per  
2. paucas. Ego nullum ad salutem pie-  
tatis gradum, illi gradui anteponē-  
dum existim, quem sapiens posuit  
Ecclesiastici, 30. Dicens, miserere  
Eccle. animæ tuae placens Deo: dicit enim  
Ps. 62. David Ps. 62. Sicut adipe, & pin-  
guedine repleatur anima mea, & la-  
bijs exultationis laudabit os meū:  
infundi nimur prius volens, &  
sic effundere: neque solum infundi  
prius, sed & impleri: repleatur, in-  
quit, quatenus de plenitudine eru-  
Etaret, non oscitaret de inanitate,  
castè imitans illum, de cuius pleni-  
tudine omnes accepimus. Disce, &  
tu non nisi de pleno effundere, nèc  
Deo largior esse velis. Concha imi-  
tetur fontem; non manat ille in ri-  
num, nec in lacū extēditur, donec  
satietur aquis suis. Hactenus Ber-  
nardus. Nec aliud videtur Sal-  
uator noster significare voluisse,  
prius cum Apostolis montē  
ascendens, ut cum eisdem ser-  
monem haberet, quam descen-  
deret simul cum eis ad turbas  
edocendas: eundem namq; ser-  
monem de beatitudinibus ha-  
buit postquā stetit ante turbas  
in loco campestri, quē in mon-  
te prius habuerat cum discipu-  
los doceret.

Hac eadē ratione Ecclesiaz

doctores, eiusdē Ecclesiaz vbe-  
ra dicuntur, quatenus per eos  
doctrinę lacte paruulos suos nu-  
trire cōsuevit: neq; enim infan-  
tes ea solēt vbera vtiliter suge-  
re, quæ non prius lacte contor-  
quent. Ratio verò huius metha-  
phoræ est, quia sacra doctrina  
propter eius dulcedinē, & can-  
dorē, lacti nō in congruē cōpa-  
ratur. Vnde est illud prima Petri  
cap. 2. Sicut modo geniti infantes,  
rationabiles, & sine dolo lac con-  
cupiscite, ut in eo crescat in salu-  
tem; si tamen gustatis quoniam  
sua vis est Dominus. Quo loco  
non rationabiles, sed rationabile,  
legendū est, quemadmodū citat  
D. Hieronymus in cap. 60. Esa- Clem.  
iæ, & D. August. lib. Quinqua- Alex.  
ginta homiliarum hom. 20. De  
quo mistico lacte agit Clemēs  
Alex. lib. 1. Pædagogi c. 6. Vbi  
ait Christū esse māmillā Patris,  
per quā omnem gratiam à Pa-  
tre fugimus. Verbum, inquit, est  
omnia infanti, & Pater, & Mater  
& pædagogus, & alter, iuxta illud  
Ioan. 6. Comedite meam carnem,  
& bibite meum sanguinem. Ille  
autem solus nubis lac dilectionis  
infantibus suppeditat; iijque sunt ve-  
re beati, qui hanc lactē mammil-  
lam.

Præ-

Præterea, ut in metaphora de lacte doctrinæ persistamus, de eadem loquitur Paulus ad Hebreos cap. 5. *Facti estis, inquit, quibus lacte opus sit, non soli do cibo: omnis enim, qui lactis est particeps, expers est sermonibus iustitiae; Hoc est, non potest habere partem in sermonibus iustitiae intelligendis; de qua iustitia sermo est Matthæi. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra, id est virtus vestra, plusquam scribarū.* Eccl. & Proverb. 15. *In abundanti iustitia virtus maxima est. Huic modi autem iustitiae non sūt participes pueri, quemadmodum, & idem Apostolus loquitur. 1. Cor. 3. Tanquam parvulis, inquit, in Christo, lac lobis potum dedit non escam: non dum enim poteratis. Hac ienit de doctoris officio in cœlesti doctrina, gentium turbis subministranda. Quod verò attinet ad eandem doctrinam à populo recipiendam suat etiam aliqua utiliter obseruanda.*

Primò obseruandum est maximum fuisse Dei beneficium Salvatorem nostrum, de sede maiestatis suæ ad infima nostra descendisse; id, quod beatus Bernardus sermone omnium

Sâctorum adnotauit; quis enim, inquit, ad excelsum illum gigantem ascendere posset, nisi prius ad nos ille descendisset? descendit ergo, ut ad quem nec angeli attingere poterant stantem in cœlo, iam publicani, & peccatores accederet in terra. *Quis enim infirmus manum dare renuit medico, quem paratum videt ante se, & stante, ut subleuet iacentem? nemo iam dicere potest infirmus sum, surge-re non possum. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea, dixit rex David, non iacere in peccati lecto prætendens, sed ab illo surgere cupiens; & quidem ille Dei misericordiam implorabat adhuc in cœlo sedentis; te vero non pudet despiciere Deum medicum ad te venientem, non solum ut curet infirmitatem, sed etiam ut subleuet iacentem? infirmus, inquis, sum, aduersus insidias diaboli fortiter pugnantis, stare non possum. Ecce Dominus ante te stetit, statim; hodie in loco campestri, non modo ut adiuvet pugnantes, sed ut coronet quoq; Vincentem. Scitit, inquit Evangelista, in loco campestri, non sedet ut indicet, sed stat ut protegnet.* 5. *Hac Bernardus, ad illa verba, Descendens de monte, stetit, &c.*

Secun-

## Annotationes in Euangeliū

Secundò obseruādum est ex beato Gregorio homil. 9. super Euangelia, sedere Deum dici cum iudicat, stare verò, cum pro nobis pugnat. Ideoq; Stephanus, inquit, dum lapidaretur, Iesum à dextris Dei non sedentem, sed stātem vidit, quia ipsum habuit adiutorem in labore certaminis: nequè enim contra persecutorum infidelitatem miles Christi præualèret in terra, nisi pro eodē eius gratia pugnaret de cœlo. Vide quid hac de re dixerit beatus Augustinus in libro quæstionum ex nouo testamento, q. 88.

In Veteri testamento Isaias Christum vidit sedētem, at in nouo Stephanus stantē. Quo modo post triumphos videtur stare quasi subiectus, & antequā vinceret sedere quasi Dominus? sed prophetæ Iesus est quasi rex corripiens plebem, atquè ideo se ostēdit sedentem, quia in pace erat causa diuinitatis: Stephano autē ut stantem apparere fecit calūnia Iudeorum: in Stephano enim causa Saluatoris vim patiebatur. Ideo sedēte indice Deo, stans apparuit quasi, qui causam diceret; & quia bona causa eius est, ad dexteram iudicis erat: omnis enim, qui causam dicit, sit necesse est. Hæc Augustinus. Ex quibus iam patet quid Do-

minus Iesus innuere vellet cum Apostolis in monte sedēs, quid vè cum eisdem de monte descendens stans in loco campestri ante turbam discipulorum eius & multiudinem magnam, qui venerant ut curarentur, & sanarentur à languoribus suis, & audirent eum; ideo enim & in monte sedens cum Apostolis, & in loco campestri stans ante turbas, de quatuor agit beatitudinibus, quasi quatuor vias docēs, quibus peruenitur ad cœlum, ut ostenderet se cū sanctis suis paratum semper esse pugnare pro ijs, qui hac via vellent incedere, qua stans docebat eundū; eos vero, qui ex infirmitate sua curari nollent, ab eodem sedēte in sede maiestatis suæ, de negligentia esse iudicandos.

Et ipse eleuatis oculis in discipulos dicebat. Beati pauperes: quia vestrū est regnum Dei.

**N**on minus pauperum fælicitas, quam Dei liberalitas videtur adnotanda. Videte quam sit, Dei beneficio, fælix ista paupertas, imò non simpliciter paupertas, sed paupertas diues

diues appellanda est. *Vestrum est*, inquit, *Regnum cælorum*; idèò nimirum fœlices, ideoque beati. Certe, nec pauperum fœlicitas magis potuit commendari, quam ut regnum cælorū paupertate emi possediceretur, nec Dei liberalitas plus ostédi, quā ut testaretur Deus non alia via pauperes, quam ipsamet paupertate fieri posse beatos. Audi Aug. 7. beatum Augustinū. *Magna*, inquit, fœlicitatis est Christianorum conditio, quibus claritudo regni in paupertate posita est. *Ad possessio-*  
*nē pecuniae non omnes idonei sunt,*  
*ad contemptum omnes possidere*  
*quod cum labore acquiritur, pau-*  
*corum est, contemnere, quod cum*  
*fructu contēnas, omnium est. Fœ-*  
*licitas ergo magna Christianorum,*  
*quibus datum est ut paupertate fa-*  
*ciant premium regni cælorum. Non*  
*tibi displaceat paupertas, nihil ea*  
*poteris datus inuenire. Vis nosse,*  
*quam diues sit? cælum emit. Vestrum*  
*est, inquit, regnum cælorum.*

Neque verò solū Deus pauperibus regnū tribuit, sed eiidē quoque donauit, ut & diuitibus illud regnum vendere possent; id, quod & diuitibus consulens, & pauperibus subveniēs, fecisse videtur. Vnde beatus Ioan-

nes Chrysostomus ad illa verba Matthæi 15. *It e potius ad ven-*  
*dētes, & emite ḥobis, ait, illius o-*  
*lei, de quo ibidem agitur, ven-*  
*ditors, pauperes esse ad elec-*  
*mosinam sedentes. Quo sensu*  
*beatus Ambrosius lib. de Tobia*  
*cap. 18. intelligit illud Psal. 36.*  

*Tota die miseretur, & commodat,* Ps. 36.  
*seu fœnerat, iuxta translationē*  
*septuaginta, quemadmodū ipse*  
*legit. Vnde, inquit, huic iusto, quod*  
*tota die fœnerat? ergo diues iustus Ambro-*  
*est, & quanto iustior, tanto dñior.*  
*sed quid fœnerat? audi Petru Act.*  
*cap. 3. aurum, & argentum non est*  
*mihi; quod autem habeo, hoc tibi* Act. 3.  
*do. in nomine Domini Iesu Nazar-*  
*eni surge, & ambula. O optanda*  
*paupertas. O dñior inopia, &c. Id*  
*autem B. Augustinus ad elec-*  
*mosinam rectius refert: eam*  
*namque elargiendo sumus veri*  
*fœneratores, plus nimirū, quam*  
*damus recepturi. Iuxta illud*  
*Proverb. 19. fœneratur Domino,*  
*qui miseretur pauperis. Vide, in-* Prover.  
*quit, quam latè crescat fœnus tuū. Aug.*  
*Da temporalia, accipe aeterna: da*  
*terram, accipe cælum.*

Huc etiam spectat illud Pauli. 2. ad Cor. 6. *Sicut egentes, mul-* a. Cor.  
*tos autem locuplerantes: tanquam*  
*nihil habentes, & omnia posside-*  
*tes;*

## Annotationes in Euangelium

tes; quem locum D. Thomas sic  
interpretator. in exterioribus ni-

Diuus The. nihil habentes, quia omnia propter

Christum reliquerunt: sed in spiritualibus omnia possidentes, per interiorem magnitudinem cordis, quia

8. cum Christo vivunt, & non sibi omnia, que Christi sunt reputant sua; cum igitur Christo omnia sint subiecta, verè omnia possident. Hę vero omnes spirituales diuitiæ, quibus Christi pauperes diuites facti sunt, quæque solum ante Deum reputantur, ex sola nobis eiusdem Christi Domini nostri paupertate prouenerunt, iuxta id, quod scribit Apostolus

5. Cor 2. ad Cor. 8. Scitis gratiam Domini

8. Iesu Christi, quoniam propter nos egenus factus est cum esset diuus, ut illius in opere vos diuites essetis; in quem locum Beda sic infert.

Beda. Omnes ergo diuites boni fideles: nemo se contemnat; pauper in cella, diuus in conscientia securior dormit in terra, quam auro diuus in purpura.

Hoc autem uno videtur paupertas à diuitijs superari, quē admodū expendit beatus Chrysostomus homil. 2. ad Populū. quotidianiis videlicet defluere delitijs, & multa in conuiciojjs repleti voluptate. Verum neq;

his Deus delitijs suos pauperes defraudavit. Hoc autem, inquit, in pauperum mensa contingere videtur, & hos maiori, quam diuites voluptate frui. Voluptarem enim non ferculorum natura, sed coniunctum dispositio facere consuevit, nempe fames; unde Proverbia. 27. dicitur anima saturata calcabit fauum, & anima esuriens etiam amarum produlci sumet; id etiam non obscurè testatur Regius vates in Psalmō 80. cum sic ait. De petra melle saturauit eos: nusquam enim in scriptura legitur Moysem mel eduxisse de petra ut populum cibaret; legimus autem quod sitiente populo in deserto, percussit Moyses petram, & fluxerunt aquæ, quas cum populus sitiens, indigentiaq; defatigatus biberet, ex potu voluptate afferens Propheta dixit, de petra melle saturauit eos; quasi diceret; ita aquæ penuria laborauit populus, sitiq; cruciatus est, ut in aqua de petra fluente, mellis dulcedinem inuenisse sibi videretur. Id autem pauperibus, ut plurimū, evenire solet, qui non nisi esurientes ad mensam sedere consueverūt: diuites vero cum rerum omnium copia abundēt, sola fame carēt, qua

Chry  
st.

qua nunquam cruciātur. Vnde illos in paupertate sua delicias: hos vero in sua abundātia oportet fastidium inuenire. Ex hac autem beati Ioānis Chrysostomi obseruatione, via iam patet ad secundam beatitudinē, quam Saluator noster sequētibus verbis inculcauit.

*Beati, qui nunc esuritis,  
quoniā saturabimini.*

**V**erè beati esurientes, verèque fælices à Domino prædicātur; quid enim beatus, quid verè fælicius excogitari potest, quam post temporalem famem, eamque breuissimam, & penè momentaneā (ideo enim Dominus non tempus posuit, sed nunc) quid inquam beatus, quam pro fame temporali, & momentanea cibo, qui non periret, hoc est cœlesti angelorum alimento satiari? quid fælicius quam pro breuissima iustitiae siti, æterna illa cœlestium ciuiū diuinæ voluptatis torrente portari? Apud te, inquit Propheta, est fons Vitæ, & torrente voluptatis tue potabit eos. Mirabilius quidam dico. nō solū in illa cœlesti, æternaq; saturitate Christi pauperes dixerim futuros esse bea-

tos, sed & in ipsamet ipsorū paupertate, & esurie, fælices esse predicādos. Videte esurientē pauperē iam in sua fame fælicē; Augustinum dico, qui in lib. 9. Confessionum suarum c. 10. loquēs de cœlesti illo pane, quo, cū matre Monica aliquādo vescebat, sic ait. *Colloquemur* *Salde dulciter qualis futura esset vita illa Sanctorū*, pro cuius ñitæ iucunditate non comparationē quidem, sed ne cōmemoratione, nobis videbatur digna carnalium sensuum delectatio; & mundus iste vilescebat nobis cum omnibus delectationibus suis. Ecce sanctus Doctor cum esuriret cœlestem cibum, sic in ipsamet fame delectabatur, ut tcius mundus cum suis consolationibus, vilis sibi, & temnendus videretur.

Non minus sunt notanda in hanc sententiam ea, quæ idem Aug. scribit in lib. de diligendo Deo cap. 10. *Quid est, inquit, illud dulce, quod in eius recordatione me solet tam vehementer, & suauiter afficere, ut item totus quodammodo à me ipso abalienari, & abstrahiri incipiam?* subito totus innover, & immutetur. & benè mihi esse incipit, ultra quam dicere sufficiam. exhilaratur conscientia,

&

## Annotationes in Euangelium

¶ in obliuionem denit omnis præteritorum laborum miseria, &c. Quid clarior dici potuit esuriētem in ipsa sua fame, & miseria dicendum esse beatum? Ecce solum in cœlesti beatitudine reperitur simul cum cæteris bonis præteritorum obliuio laborum, & miseriaram, quas tamen beatus Augustinus affirmat in sola cœlestis cibi recordatione, **ii.** sibi in obliuione venisse. Quid amplius in patria dicuntur habere beati? obiectam intellectui diuinæ bonitatis essentiam Sæctorum animas mirabiliter satiantem? audi adhuc eundem Augustinum ingenuè fatentem se habuisse in cœlestis patriæ meditatione Deum si non penitus satiantem, saltem præsentem, ut status vitæ patitur, & visitantem. Subdit enim. *Numquid ille est dilectus? Verè ille est Dominus meus, qui visitat me, &c.* Ecce vidimus quomodo pius, & misericors Dominus aliquando pauperes suos, & esurientes replet bonis, fastidiosos divites in suis diuitijs demittens inanes.

Fateor quidem dilitias istas, quibus Dei amici veluti pane quotidiano in huius vitæ exilio pascuntur, micas esse dumtaxat

de mensa Domini cadētes, vmbramque futurę illius vbertatis, qua postea saturabuntur, verū ea est diuinæ pietas dignationis erga suos, ut etiam in huius vitæ deserto dignetur multa milia hominum paucis panibus satiare, sponsamq; Ecclesiam sub vmbra adhuc futurorum sedētem dulci fructu cibare, sicut ipsa fatetur *Cant. cap. 2. sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Mirabilis profectò arborilla, cuius vel vmbra solum potest sedentis guttur mirificè recreare. Observandum tamen est, quod non huc, illucque ambulantis, sed sedentis tantum guttur dulci dicitur fuisse fructu recreatum, quia non ijs, qui negotijs sæcularibus implicantur, diuinus solet dulcescere sponsus, sed ijs tantum, qui student sub illius vmbra sedere, hoc est, qui in sui cordis intimo secessu eleuant se supra se, iuxta illud Tren. 3. *sedebit solitarius, & traheretur, & leuauit se supra se;* in quē locum B. Ambr. serm. 9. in Psal. 119. *Quis est, inquit, qui singulariter sedet, nisi, qui sæcularibus voluptatibus abdicatis, molestiarum omnium excludit tumultus?*

In hanc eandem sententiam exponit beatus Gregorius illud  
 Greg. lob. cap. 7. Elegit suspēndium anima mea, & mortem ossa mea: nequaquam ultra iam viuam. Suspēdium, inquit, elegit ut ossa morsāntur, quia dum mentis intentio ad altas se subleuat, omnem in se fortitudinem vitæ exterioris necat.   
 Gk. Animam suam Paulus suspendebat cum dicebat ad Gal. 2. Tino autem iam non ego: vixit vero in me Christus. Recte autem subdit. desperavi. iusti enim desperare, est praesentis vitæ bona, & eternitatis electione deserere; mansura querere, & in bonis temporalibus fiduciam non habere, &c. Ecce donante Deo exposui quid sit, sub umbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo, ne pe illius, qui mundanis consolationibus valedicens, solâ studuit iustitiam esurire, hoc est, toto mentis affectu in virtutis studium incumbere: hoc enim est iustitiam esurire.

Illum vero, cui forte durum videtur in sensu supradicto, iustum esurire, cum ea circa difficile posita sit, alloquitur Prophet. Esaias cap. 66. eidemque blandiri videtur sequentibus verbis. Læcamini cum Hierusalē

omnes, qui diligitis eam, ut sugariis, & repleamini ab ubere misericordiae eius, & mulgeatis, & delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius. & rursus ab ubere portabitini, & super genua blandientur vobis, &c. Quo loco obseruandum est, Prophetam sumptissime metaphorā à matribus pueros nutrītibus, quæ lacte uberum suos consolantur infantes cum aliqua tristitia afficiuntur; ut inde iā colligas quanta Deus teneritudine suos diligit esurientes, quamque ex corde parvulis suis, hoc est humilibus corde, etiam in huius vitæ exilio blandiatur. De quibus idē Propheta cap. 8. in persona Christi. Eccl. 8: Ecce, ait, ego, & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, & in portentum Israel à Domino exercitu, qui habitat in monte Sion: verba sunt in persona Christi propheticè dicta, loquiturque de sanctis Apostolis, quos dedit illi Dominus Deus in signum, & portentum Israel; hoc est, ut per eos miracula fierent, quibus Iudeicredere cogeretur: interque signa, & portenta, non minimū videri debet, quod ipsi esurientes, & sitientes ex magna, & assida regionū peragratione defessi,

## Annotationes in Euangelium

fessi, & pene consumpti, iniurijs  
insuper, verberibusq; affecti, in  
cōcilijs traditi, in synagogis fla-  
gellati, ipsi nihilominus puerilē,  
columbinamq; semper pr̄sefe-  
rentes simplicitatē, ita à Domi-  
nolefa in hac rerum omniū in-  
digentia, cœlesti quadā mentis  
dulcedine pafcebātur, vt de eis-  
dē sacra cecinerit scriptura, ibāt  
*Apostoli gaudētes à conspectu con-*  
*ciliij, quoniam digni habitis sunt pro-*  
*nomine Iesu contumeliam pati.* Hęc  
autem omnia cum pr̄euidisset  
Propheta, in persona eiusdem  
Domini Iesu Christi, discipulis  
suis quasi delicatis pueris blan-  
diens ait. *Ecce ego, & pueri mei,*  
*&c.* quasi dicens. Ecce ego, qui  
esurientes, sitiētesq; nos i de pe-  
tra melle saturare; ecce ego, qui  
meorū tristitiam in gaudiū va-  
leo cōuertere sempiternū. Ec-  
ce pueri mei, qui gaudere, lāta-  
riq; nouerunt, vnde alij contri-  
stātur. Ecce ego, & pueri mei, quos  
dedit mihi Dominus, vt per eos  
innotesceret mundo quoniam  
suaue est, & iucundū iustitiam  
esurire, & proprieſ eandē à mū-  
di tyrannis persecutionem pati;  
denique Ecce ego, & pueri mei di-  
xit, ostendens blandicitis amorē,  
vt alliciat ad certaminis, perse-

cutionisq; laborē. In hanc sentē  
tiā vide ea, quæ diximus in an-  
notationibus in Euangeliū pro-  
feria quarta post Dominicā 4.  
in quadragesima, obſeruatione  
prima, quę incipit. *Huius vero rei*  
*gratia obſeruandum est primò, &c.*

Neque vero hoc loco pr̄te-  
reundū est, quod Deus nō ſolū  
pueros ſuos, hoc eſt discipulos,  
& in vniuersū omnes quotquot  
propter iustitiā, ſeu virtutis cu-  
ſtodiā persecutionem patiūtur,  
puerorū blandimentis conſola-  
tur, ſed eisdē etiā in certaminis  
tribulatione positis vires auget,  
roburq; ad laborem ſuum, cum  
maxima ipſorū certantium glo-  
ria ſuperandum, que madmodū  
adnotauit Theodoreetus in ex-  
poſitione illius verſiculi Ps. 90.  
*Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiā*  
*eum, & glorificabo eū. non modo,*  
inquit, à granioribus rebus libera-  
bo, verū etiam illum efficiā.  
In figura autē diuinæ huius for-  
titudinis, cū reuerteretur per-  
cuſo phylitheo Dauid, ferretq;  
manū caput eius, egressæ ſunt mu-  
lieres, cantātes, chorosq; duce-  
tes in tympanis lātitiae, & in fi-  
ſtris. percussit Saul mille, & Dauid  
decem millia: quid enim aliud in  
mille à Saule percussis, dēcē ve-  
rō

romillibus à Davide, mulieres in tympanis, & sistris, quā Dei virtutem in seruis suis operantem præcinebant? In eiusdē quoque rei confirmatiouem quidam ex recētioribus notauit, exposuitq; ex radice hebraica locum illum Oſeæ. 12. cū dicitur de Patriarcha Iacob, *beono*, hoc est, *in fortitudine sua*, *directus est cum angelō*; notauit, inquam, ab eadem radice à qua deducitur dictio significans laborem, afflictionē, & luctum, deduci etiā dictionē significantem robur, & fortitudinē, quia nimirum Deus in ipsa afflictione, & luctu vires auget, roburq; ad vincendum præbet; vnde apud eundē prophetā de Iacob luctante tota nocte dicitur; *inuuluit ad angelū*, & *conformatus est*; *fleuit*, & *rogauit eum*.

Hinc etiam factum est ut Bējamin dictus sit à matre sua Rachele Benoni, id est, filius doloris mei, quod eum extremo mortis dolore peperisset. Genes. 35. quod nomē interpretari etiam potest, iuxta id, quod dictum est, *filius fortitudinis meæ*. Id, quod fortasse Iacob significare voluit cum eum Benjamin, id est, filium dexteræ nuncupauit; cum quia filij doloris, id est, qui

multa propter virtutem patiuntur, filij sunt fortitudinis Dei, quippe cum in eis iuuādis vim suam, & potentiam declareret: tū etiam quia eos postea Deus ad dexteram collocabit, qui dum viuunt ad eius sinistrā esse proper vitæ incommoda, ab impietatis existimantur. Ex quo modo dicendi (ut iam aliquid de beatissimo martyre Sebastianō laude dignissimo dicamus) Dei Beniamin inclitum, & inuictū Dei martyrem, non immerito possumus appellare.

*Sequuntur encomia beatissimi martyris Sebastiani.*

**V**T autem manifestum fiat beatissimum martyrem Sebastianum Dei Beniamin, seu filium doloris, dexteræque eius posse non incongruè appellari, reuocandum est in memoriam Salvatorem nostrum crucis supplicio, mortisque doloribus innumerabilem credentium multitudinem, tanquam filios sibi, Deoque Patri in eternum regnatos peperisse.

De qua generatione iuxta quorundam expositionem, intelli-

## Annotationes in Euangelium

gendus est Elias cum ait, gene-  
rationem eius quis enarrabit? cap.

IC. 53. 53. quæ expositio ex eo à recē-  
tioribus probatur, quod vox he-  
bræa hominum sobolem, pro-  
creationemque significat. Sicut  
etiam Ecclesiastes cap. 1. Gene-  
ratio præterit, & generatio adue-  
nit, terra autem in æternum stat.  
& Deuter. 32. Generatio enim  
peruersa est, & infideles filij. Cum

Deut. igitur Christus Dominus tot,  
tantisque doloribus abcißus sit  
de terravuentium, ut in maxi-  
mam sanctorum sobolem ger-  
minaret, iure optimo sanctus  
Martyr filius doloris eius dici  
potest, maximè cum in eo Christus  
stus semel, & iterum paſsus sit.

16. Verè Saluator noster in sin-  
gulis martyribus pati dicitur,  
iuxta illud Actorum cap. 9. Sau-  
le, Saul quid me persequeris? cu-  
ius vocis forte ipse Paulus po-  
stea memor cum multa iam pro  
Ecclesiæ defensione pateretur,  
dixit adimplere se ea, quæ de-  
fuerunt passioni Christi, quasi  
adhuc in singulis fidelium passio-  
nibus pateretur, & doleret. qđ  
si filius doloris Christi dici po-  
test sanctus Martyr, quia dolo-  
re eum in Cruce peperit, quo-  
modò non etiam dexteræ eum

A&t. 9  
ad Co  
lof. 1.

ipsius filium dixerim, qui in pa-  
ſione quidquid viriliter fecit,  
eius dextera fecit, cuius ope ni-  
hil sinistrum fieri potest? hinc  
est vox illa exultationis, & lati-  
tie in tabernaculis omnium iusto-  
rum. Psal. 117. dextera Domini fe-  
cit virtutem, dextera Domini exal-  
tauit me, dextera Domini fecit vir-  
tutem: non moriar, sed vivam. Ec-  
ce hæc omnia vidimus in bea-  
tissimi Sebastiani inclito marty-  
rio adimpleta: sicut enim audi-  
imus Regium vatem prophe-  
tantem, ita & vidimus. Iussit eū  
tyrānus verberibus affici, sagit-  
tis configi, ut sic vel corporis  
vitam, vel animæ fidē eriperet:  
verū filius doloris Christi, eius  
dexteræ, cuius erat & filius, vir-  
tutē pro se pugnare sentiēs, ty-  
ranni impietatē, simul & carni-  
ficium irridens crudelitatē ait,  
dextera Domini fecit virtutē, non  
moriar, sed vivam. Armantur cō-  
tra illum impij ut auferant fidē,  
sagittarij ut eripiant vitam; sed  
dextera Domini pugnante pro  
Christi martyre, nec illi fidem,  
nec isti vitā eripere potuerunt.

Voluit etiā Deus ut in mar-  
tyre suo adimpleretur id, quod 17.  
per Ezechielem dixerat de po-  
tentia antiChristi, cum aliquā-  
do